Ex lib. [illegible]

COMPENDIVM, SIVE *INDEX MORALIVM CONCEPTVVM,*

AD HOMINVM ANIMOS VIRTVTIS STVDIO, vitiorumque odio in morum reformationem impellendos;

EX OPERIBVS RELIGIOSISSIMI P. F. PHILIPPI DIEZ Concionatoris egregii selectum, & per alphabetum digestum.

AVTHORE F. FRANCISCO CAMPOS PROVINCIÆ Sancti Iacobi Ordinis Minorum Concionatore.

VSVM, NECESSITATEM, VTILITATEMQVE ISTIVS operis, pete ex Epistola ad Lectorem: sine qua non poteris hoc frui compendio.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud Antonium Hierath, sub signo Gryphi.

Anno M. DC. XIII.

APPROBATIO RELIGIOSISSIMI, ET DOCTISSIMI PATRIS FRATRIS PHILIPPI DIEZ, cœnobij Salmanticensis Minorum concionatoris.

EGo Frater Philippus Diez præsentibus literis fidem do, hoc compendium moralium conceptuum ex nostris operibus singulari methodo accurataq; diligentia à Fratre Francisco Campos concionatore collectum, & egregio ordine digestum, omnibus verbi diuini concionatoribus vtilissimum esse, quo ipsis præ manibus sint ea quæ in nostris operibus ad hominum animos virtutis studio vitiorumque odio in morum reformationem impellendos, diffuse scripsimus. Voti igitur mei compos euasisti, dum hoc opus, quod tibi de tua idoneitate confisus credidi, ita perfectè, exacteque elaborasti, vt facillimè iam possint concionatores ea omnia quæ in vniuersis nostris operibus dispersa sunt, cuilibet concioni ad libitum, & pro audientium varietate accommodare. In cuius rei testimonium has meæ approbationis literas manu propria subscriptas exhibui.

Frater Philippus Diez.

FRater Franciscus Aldrete Minister Prouinciæ Sancti Iacobi ordinis Minorum Fratri Francisco Campos eiusdem Prouinciæ concionatori salutem. Quod ex vniuersis operibus eruditissimi P.F.Philippi Diez morales omnes conceptus, & flores ad hominum animos virtutis studio vitiorumq; odio in morum reformationem impellendos accurate selegeris, & singulari methodo per alphabetum digestas, quo omnibus (præcipuè diuini verbi concionatoribus) præ manibus sint compendio, succinseris, non potuit non mihi applaudere. Vt ergo vniuersi vt li hoc labore fruantur, placuit facultatem libentissimè præstare, vt tuum hoc compendium obtenta prius senatus Regij licentia prælo mandari possit. Data in Salmanticensi nostro Cœnobio Kalendis Aprilis, ab orbe Redempto 1588.

Frater Franciscus Aldrete
Minister Prouincialis.

EPISTO-

EPISTOLA AVTHORIS AD LECTOREM DE HVIVS COMPENDII VSV ET DISPOSITIONE.

CVm Inſtituti noſtri ratio ſit colligere, ordinare, diſponere, omnes ſenſus, conceptus, ac moralia, diſperſa, diffuſaq; per vniuerſa opera religioſiſſimi P. Fr. Philippi Diez, ſingulis ad ſuum quodq; caput, & propriam ſedem redactis, vt eorum facilior eſſet vſus, hunc ordinem ſequuti ſumus.

DE DISPOSITIONE, ORDINE ET methodo compendij.

ATtollitur, deducitur, & ponitur hic integer ſenſus, clare, ac præciſè, eiuſque medium, & vis plenè, ac propriè, declaratur. Subiunguntur ſtatim variæ remiſſiones locorum, in quibus noſter Philippus eum ſenſum, ſcripturæ ſacræ auctoritatibus, rationum, exemplorum, memorabiliumq; ſententiarum neruis exornat. Ita vt nullus conceptus hoc in compendio referatur, cui citata loca non ſcripturam, rationes, exempla, egregiaq; dicta ſuggerant ac ſuppeditent. Certus ſis ergo cum videris quemque noſtri compendij ſenſum, reperturũ ex his aliquid in loco, vel locis ad quę refertur: quia cum conceptũ obiter dũtaxat ſine ſcriptura, rationib. exẽplis, vel ſententijs tactũ videbã, in cõpendiũ nõ redigebã. Cũ verò quorundã cõceptuũ plures remiſſiones ponũtur (ꝙ ab auctore diuerſis in partib⁹ tractetur, & omnes in vnũ colligantur) vt diſtinguas, ac internoſcas locũ vbi copioſi⁹ diſcutitur, inuenies eũ hac nota inſignitũ: latè, diffuſè, ex ꝓfeſſo, aut ex inſtituto.

Vt tamen certa perpetuaque citatio foret, non cito paginas, quòd pleræque earum erratæ ſint: maximè tamen quia cùm pluries hi libri P. Fr. Philippi, ſint excuſi, paginarum citatio non eadem omnibus typis reſpondet. Demum verò vt compendium iſtud etiam ſit vſui ad libros cuiuſuis folij in poſterum edendos (dummodo obſeruetur numeri marginales ſingularũ concionũ dicti P. Fr Philippi) ſicut ſubſeruit omnibus impreſſionib⁹ horum operũ, quæ huc vſq; prodierunt, vel illis etiã quæ furtim euulgatæ fuerũt in folio paruo, expẽſis Sabiani Peſnot, Lugduni, anno 1586.

In qua furtiua impreſsione, Dominicale, Commune Sanctorum, 3. & 4. Quadrageſimæ eiſdem numeris digerũtur, quibus typi Salmantini, nec pluribus abundant inter ſeſe numeris. Quamuis autem proprium Sanctorum, Aduentale, 1. & 2. Quadrageſima ſingulis in concionibus, duplici aut triplici numero ſcateat in illa furtiua impreſsione, facilè tamen reperitur locus, vlterioribus duob. aut trib. numeris perſpectis. Sic igitur liber citatur. In Aduentuali, verbi gratia, vel Dominicali, &c. deinde concio, deniq; numerus, & cũ numerus ſemper ſit vniformis in omnibus typis, perfectioni ſententiarum reſpondens, vſq; adeo certa citatio eſt, vt fallere nuſquam poſſit: eſtque in omnibus typis perpetua, & infallibilis, vel in linea in qua numerus dirigitur, vel duobus, aut trib. lineis vlterioribus, vel citerioribus, ſi forſan conceptus pendet ex rationibus quæ numerum præcedunt vel ſuccedunt.

Quoties 4. aut 5. ſynonyma vocabula, quæ tendunt in eundem ſenſum, inueniuntur, in quib⁹ ijdem ipſi conceptus cogi poſſent; tunc coaceruantur, & diſponuntur omnes in potiori vocabulo, & in cæteris me refero ad iſtud potius, & communius, vbi cumulatim totum diſpoſitum comperietur: vt ex omnibus illius vocabuli ſenſibus ſeligas, & decerpas ſententiæ tuæ magis congruum: & ita omne quod ſingulas quaſq; materias reſpicit, collectũ inuenies, nõ per varia loca diſſipatũ. Verbi gratia, tribulatio, labor, afflictio, ęrũnę, dolor, infirmitas, perſecutio, cõtradictio, &c. vniuerſa moralia, & cõceptus, quæ ſuper his capitulis & vocabulis continẽtur in operibus P. F. Philippi ordinata, diſpoſita, & collecta in verbo, tribulatio, reperies; quod magis cõmune, & principale ſit, in cæteris me ad illud remittto, vt ſcias vbi tractatus eſt. Rurſus ſi quæ collecta in altero verbo ſunt prodeſſe poſſunt alteri, aduertitur lector in fine conceptuum illius vocabuli.

In materijs tum principalibus, tum copioſis, quædam diuiſiones aut paragraphi diſcernuntur, in quibus concluditur, & ad quæ reducitur id omne, quod ſub illo vocabulo continetur, ad meliorem ordinem, & faciliorẽ ſenſuum ex illo vocabulo coactorum inuentionẽ. Idq; vtiliſſimum duces, ſi videris verbũ, amor, verbũ, iuſt⁹, verbũ, opera, verbũ, peccatũ, & ſimilia, q̃ niſi paragraphis diuiderẽtur, laborioſum foret inuenire ſenſũ, qui in his q̃reretur, ob multitudinẽ, & varietatẽ quæ in ſe continent.

In

In omnibus virtutibus,& vitijs,atq; in alijs potissimis vocabulis, ante conceptuũ dispositionẽ,citãtur remissiones definitionis illi⁹ aut vitij,aut virtutis: vt si euangelic⁹ cõcionator (q Dominicã messem cælestis doctrinæ fluẽtis irrigat)è radice exordiri velit,sui tractatus definitionẽ proponat protin⁹,per cõceptus ꝓgrediatur.

Post vniuscuiusque virtutis, seu vitij conceptus, paragraphus ponitur continens remedia ad illud vitium fugiendum, virtutẽq; sectandam,& consequendam,ac conseruandam: idem etiam in verbo peccatum generaliter in odium peccati, atque in verbo, virtus generaliter in virtutis studium.

Postremò seruat cõpendium istud ordinẽ Alphabeticum tam perfectè,vt nulla in litera deficiat;vel inuertatur. Hæc studiosum cõcionatorẽ ante huius operis initiũ admonenda iudicauim⁹, vt cõsilij nostri rationem q̃ in eo sequuti sum⁹,plenã illi faceremus.

DE VSV COMPENDII.

QVid immorer in percensendis istius opusculi fructibus? siquidẽ cõpẽdij huius vsu omnia opera P.F. Philippi ad Quadragesimã (verbi gratia) cõducunt: atq; ex Quadragesima, & vniuersis concionibus, Aduentum,(verbi gratia) cõficies: viceq; versa ad quancunq; concionẽ omnia cõuertere poteris. Nam si concionari velis in Quadragesima, de dilectione (exẽpli causa) inimicorũ, legas in verbo inimicus, in quo per tres paragraphos elati, dispositique sunt vniuersi conceptus, dispersi circa illud argumentũ in cũctis his operibus, vt ex illis deligas quẽ tui instituti auditorijque ratio cõcinniorẽ tulerit. Ergo ad quãuis concionem, imò ad quẽlibet concionis articulũ, cum hoc cõpendio facilè vti poteris operibus omnib. P.F. Philippi. Quo salutaris doctrinæ semine Ecclesiarum arua fœcũdes, nõ modo pios doctrinæ pabulo sustẽtando, sed impios etiã à scelerib. reuocãdo; nec solũ currẽtib. calcar addẽdo, sed ad cursum iacentes atq; dormientes exercitando: ac deniq; non modo viuentes in vita gratię, doctrinæ ministerio cõseruãdo, sed mortuos etiã in peccato eodẽ ministerio ad nouã vitã traducẽdo.

Præterea cũ apud te statuis de hoc, illo vè cõceptu concionari, quẽ excogitatũ elaboratumq; habes,& ad eorũ ornatũ; scripturã, rationes, exẽpla, insignesq; sententias desideras; hoc si cõpendio vtaris, abundè tuũ studiũ explebis: eo namq; quæsito apud cõpen-

dium conceptu,perpensisq; locis in eo citatis, occurret maximus scripturæ,rationum,exemplorum,sententiarumq; delectus,mire proposito congruens,vt ex totis operis ad tuum institutum deficiat,desideresque nihil.

Tandem si consolatoriam epistolam scribere velis, rationes, & considerationes non paucas ministrabit illa dictio,tribulatio, vnico in paragrapho, ad solatium afflicti, persequuti, tribulati, aut infirmi. Quod si suasionibus vti contendas, generaliter, vel peculiariter,tum ad hominū animos virtutis studio, vitiorumq; odio impellendos, tum in humanarū rerum cōtemptum, siuè ad quē ab improbo statu reuocandum, siuè ad alium in arcta sanctæ religionis septa recludendum, hoc legas compendiū, sic aptè digestum,totq; auxilijs refertum, vt etiam remissionibus non euolutis optatib⁹ tuis plenè satisfacias: atq; vel ex eo experieris,quod tam ratio,quam cōsideratio,hic cum medio, viq; sua integrè describitur: adeoq; præcisè vt συλλήβδην, hoc est,vno fasce (vt aiunt) vniuersa amplexentur,ne quis possit mihi obijcere maiora me fecisse suburbia vrbibus.Et vt occurrā censorū spongijs, & Aristarchorū lituris,totū hoc cōpendiū simile est Horatianæ Corniculæ alienis plumis circūquaq; vestitæ,illudq; Lucretij vsurpare possū.

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant:
Omnia nos itidem decerpsimus aurea dicta.

Dedi namque operam fulgentissimas margaritas,& præclarissimas gemmas longe lateque dispersas in concionibus pientissimi P.Fr.Philippi Diez in vnum colligere,& coaceruare Forteque illud Ecclesiastici dicere possem, Aperta sunt prata,& apparuerūt herbæ virentes,& collecta sunt fœna de montibus. Indicem autem Euangeliorum totius anni non adieci: quia quod mihi consentaneum huic aut illi Euangelio videbitur,id alteri aliud agēti dissentaneum videretur. Consultius putaui ac lectori vtilius, vt quisque pro arbitrio,quæ vtiliora instituto suo iudicaret, ex hoc indice peteret: ita enim plura sine dubio,& vtiliora inueniet,quā si singula certis concionibus ac certis Euāgelijs adijcerentur. Accipe igitur lector humanissime munusculum hoc nostrum, & ea humanitate atq; animo quo cętera nostri auctoris opera intueris amplectere,cum hic non tantum meos, quantum auctoris labores proprios habeas.

Quod etiam adducit Catius lib. 15. cap. 16. Prouerbiorum 27. d. 25.

DIGNIS-

DIGNISSIMO ET COLENDISSIMO PATRI NOSTRO F. FRANCISCO ALDRETE, CELEBERRIMÆ HVIVS PROVINciæ D. Iacobi instituti Minorum meritissimo Prouinciali ministro, ac totius Ordinis Generali diffinitori & Patri, Fr. Franciscus Campos perennem fœlicitatem exoptat.

Cælius Rodigin⁹ libr. de cęremonijs gentium. Lactant. Firmianus li. 2. de Origine erroris. Hoc est ollas ostentantes. Prouerbiũ est Plutarchi in libello de auscultando: quod dicitur de ijs qui rẽ per se ridiculam, vanam, ac sordidam; vt maximam esse- runt & venerantur. Teste Erasmo in Kiliadibus.

RHodij, dignissime præsul, quos ob insignem doctrinæ laudem esse in Mineruæ tutela vetustas prodidit, hominem Saturno sacris victimis immolabant. Quod quidem Thraces, Gallos, Scythas, Romanos interdum, & plerasq; gentes non modò barbaras, sed doctrina etiam atq; humanitate cultas factitasse legimus. Marmorea namq; vel lignea ementiti numinis simulacra (quorum leuissimam religionis speciem illa rudis antiquitas cœlesti spoliata lumine, impurisq; superstitionibus obstricta vnicè suspiciebat) humanis hostijs ad sensum aliquem humanitatis perduci, & ad imbecillitatis item suæ miserationem flecti, & commoueri posse credebant. Ideo inani Deorum cultu decepti. χύτρας ἐπιδεικνύμενοι, *teterrimas illas crudelitatis cæremonias humano imbutas sanguine induxerunt, vt frequentissimè humana cæde aras ac templa cruentarent. Nos verò fabulosum leuissimi numinis cultum, quẽ Ethnici illi cæcitate mentis illusi, ac tetra caligine oppleti venerabantur, non deridentes solum, sed opprobrijs etiam ac conuitijs lacerantes non hominem, vt Rhodij Saturno: nec præcocem nostram studiorum frugem, vt Licurgus Apollini, Minos Ioui, Zaleucus, & Vlisses Mineruæ, Numa Aegeriæ, Hippolitus Dianæ, despondemus, sed illorum exemplis piè tamen adductus compendium hoc moralium conceptuum excelso pulchritudinis tuæ nomini* † ἄξιο τοῦ παντός, *offerre decreui. Sapientes, & exercitatos agricolas imitatus, qui plantas teneras, & iniurijs temporum maximè obnoxias celsis atq; amplis arboribus adiungunt, vt earum vmbra atq; præsidio à ventorum flatibus, frigorum vi, calorum æstu, grandinis ac niuis impetu defendantur. Præsertim cùm huius fructus, qualiscumq; sit, tibi gratiæ agendæ sint, quia te monente atq; etiam iubente hunc libellum institui, deinde me quasi languentem ad illum in lucem edendum iussu atq; imperio tuo adstrinxisti. Hunc igitur non tam meum quam tuum fœtum, obseruantiæ in te meæ pignus agnosce, festinatum reor currente prælo, & impolitum, perpolias precor, limatissimamq; censuram tuam huic opusculo adhibeas. Vtinam tuam in me singularẽ beneficẽtiam, qua me tibi maximè deuinxisti, æqua possem statera gratiæ rependere: nam ex eo tempore, quo mortalibus rebus nuncio remisso me primùm huic sacræ religioni addixi, diuinæq; voluntati consecraui, vt pauper Christo pauperi in pauperum familia seruirem, te vnicum habui, & benignissimum parentem, & studiosissimum patronum. Interim radiantem totius virtutis supellectilem, qua omnem posteritatem illustras, immortalibus gloriæ præconijs celebrandam æternitati relinquam. Qui limpidissimo diuini eloquij pabulo Christianæ religionis seminaria diffundis, vitæ integerrimæ exemplo ad rectam probitatis semitam haud paucos reuocas, orthodoxæ fidei, & Seraphicæ huius religionis, vitæ puritate,* χρυσοῦ, *vt aiunt,* χρυσότερος, *exercendi tui numeris grauitate, fide, & consilio sancis ac sustines: vt vniuersi mortales tui admiratione rapti obstupescãt. Age igitur, & clientis tui nominis studiosissimi, & tuarum virtutum cultoris suscipe patrocinium. Vale, & te Christus, hancq; tuam Compostellæ prouinciam, incolumem ac fœlicem tueatur.*

† Id est quauis re digno, adagium est, quo vtitur Plato in Sophista.

Id est auro magis aurea.

APPRO-

APPROBATIO DOCTISSIMI P. F. DOMINICI BANNES MAGISTRI IN SACRA Theologia, ac primariæ Theologorum Cathedræ in Academia Salmanticensi præfecti.

SPeciali commiſsione, & mandato Catholicæ maieſtatis ſenatus, expendi compendium iſtud omnium conceptuum, qui per vniuerſas conciones eruditiſsimi P. Fratris Philippi Diez diffuſi habentur, accurata opera, & ſolerti diligentia Fratris Franciſci Campos prædicatoris, ſtylo diſtincto, graui, & eleganti redactum. In quo nihil reperi fidei diſſonum, aut lima dignum, quin potius nimis fructuoſum, & vtile cenſeo diuini verbi concionatoribus, in quo nimirum quam plurima inuenire poterunt, quibus excitentur, iuuentur, & prouehantur. In quorum fidem præſentibus ſubſcripſi in conuentu D. Stephani Salmanticenſ. pridie idus Maij. 1588.

Frater Dominicus Bannes.

APPROBATIO DOCTISSIMI PATRIS FRATRIS GASPARIS à VZEDA.

IVſſu Miniſtri huius prouinciæ Diui Iacobi, diſcuſsi hoc compendium moralium conceptuum ex vniuerſis concionibus P. Fratris Philippi Diez, labore, & induſtria Fratris Franciſci Campos concionatoris methodo ſelectiſsima collectum. Quod quidem opus, & perquam vtile concionatoribus, & nulla erroris ſuſpectæq; doctrinæ labe infectum animaduerti. Vt autem his litteris integra adhibeatur fides, eas ſubſcripſi Calendis Aprilis ab orbe Redempto 1588.

Frater Gaſpar Vzeda.

COMPENDIVM MORALIVM CONCEPTVVM.

Ad formandas hominum mentes;

Inflammatis eorum animis in virtutis studium alacrius obeundum, vitiorumq́; odium vehementius suscitandum.

Ex operibus sapientissimi P. F. PHILIPPI DIEZ, concionatoris inclyti; ordine Alphabetico collectum.

PER F. FRANCISCVM CAMPOS PROVINCIAE S. Iacobi, Ordinis Minorum, Concionatorem.

ADORATIO.

ADorationis definitio, *in Aduent. conc. 4. Epiphaniæ num 6.*

Deus semper in omni statu, & lege voluit humanæ fragilitati se accommodans, sub rerum corporearum specie adorari, *in proprio sanctorum, conc. 1. Eucharistiæ. nu. 3.*

Maxima reuerentia Deum adorare debemus, *in Aduent. Domin. 3. post Epiphaniam conc. 1. num. 14.*

Deus adoratur à Christiano intellectu, & voluntate: & quomodo: *in Aduent. conc. 4. Epiphan. num. 6.*

Duplicem adorationem Deo debemus, exteriorem, & interiorem, *in Aduent. conc. 4. Epiph. num. 13.*

Vide reliqua, quæ huc spectant, verbo idololatria.

ADVLATOR.

ADulatores magis quam capitales hostes cauendi. *3 Quadrag. Sabbatho post Dom. 4. num. 29.*

Adulatores quantum animabus officiant. *2. Quadrag. Dom. 1. feria 4. nu. 20. & 3. Quadrag. Sabbato post Dom 4. nu. 29. Et in proprio Sanctorum conc 2. Ascensionis. num. 17. & ibi conc. 4. Petri & Pauli. num. 8.*

Adulatores serui, à suis Dominis illico sunt eijciendi. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri, & Pauli. num. 8.*

Blandiri alijs, est maximum crudelitatis genus. *In Dominicali, Dominica. 22. post Pentecost. conc. 2. nu. 50. vbi latè.*

Adulatores non sunt hilari facie recipiendi. *2. Quadrag. Dominic. 1. feria 4. nu. 22.*

Adulatori maxima asperitate respondendum est. *In Dominical. dominica 22. post Pentecost. conc. 1. num. 49.*

ADVENTVS CHRISTI.

ADuentum Christi qualiter præuenire debemus. *Dominica 4. Aduentus conc. 3. num. 32.*

Aduentus Christi cur in Ecclesia celebratur. *Dominica 4. Aduent. conc 3 nu. 32.*

Aduentus Christi in hunc mundum fuit vt cœli iter suaue, facile, & planum redderet. *Domin.4. Aduent.conc.1.num 34.*

Cur Christus tam pauper, & tam humilis in hunc mundum venit. *Dominica 3. Aduent. conc.4.nu.3.*

Suo Aduentu omnia bona secum in mundum Deus attulit. *In Dominicali, Dominica 9.post Pente conc.1. nu. 20.*

Reliqua omnia, quæ huc spectant, vide in verbo, Incarnatio Christi.

ADVLTERIVM.

ADulterium etiam apud infideles, & Ethnicos grauissimum est peccatum. *2. Quadrag. Sabbato post Dominicam 3. num. 4. 9. & 13. & in Aduent.conc.vnica Agathæ, n.7.*

Adulter grauius delictum committit apud Dei tribunal, quam adultera. *Rationem vide in communi virginum, conc.2.nu. 15.*

Adulteros Christianos quam acriter Deus puniet. *In communi Virginum conc. 2. nu. 15.*

Adulterium est vitium maxime execrabile. *In Aduent.conc.1.Agathæ,nu.6.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, Luxuria.

Aduersitas. Vide tribulatio.

Aduocatus nullus vnquam in sanctorum calendario repertus est. *In Dominicali, Dominica 16 post Pente.conc.2.nu. 43.*

Aduocatorum, scribarum, & aliorum ministrorum iustitiæ, officium periculosissimum esse. *In Dominicali, Dominica 16. post Pente. conc.2.num.42.*

Aegritudo, Vide tribulatio.

Affabilitas, Vide mansuetudo.

Affectiones nostræ, Vide verbo appetitus hominis.

Ambitio, ambitiosus, Vide superbia, superbus, vide etiam vana gloria.

Ambitus dignitatum & prælaturarum: vide prælatura, & superbia.

AMICITIA.

AMicitiæ leges adductas à Spiritu sancto enumerat. *2. Quadrag. feria 2. Resurrect. num 4.*

Amicitiæ conditiones recensentur. *In Dominicali, Dominica 12. post Pente.conc.2. numer.37.*

Amicitiæ hieroglyphica explicantur. *In Dominicali, Dominica 12. post Pentec. conc.1. nu 37.*

Amicitia cum malis quantum obsit: cum bonis quantum prosit: vide verbo, conuersatio.

Omnes veri amici, & veræ perfectissimæque amicitiæ conditiones, inter Deum & hominem reperiri possunt. *In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangelistæ nu. 2. vbi latissime id ostendit, & in communi Apostolorum conc. 2. nu 21. vbi latissime.*

Nequaquam decet hominem pium, amicitiam cum impio texere. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc. 1. nu.21.*

Dona amicitiam resarciunt, & conseruant. *In Aduent. Dominica 6. post Ephiphaniam conc 3.num.2.*

Amicitia, vide etiam, amor. §. amor proximorum.

AMICVS.

AMicis suis fidem non seruare execrabile scelu. *2. Quadrag feria 6. post Cineres numer.34.*

Amici veri quas conditiones habere debeant. *In communi Apostolorum conc. 2. nu. 20. vbi lætissimè.*

Non est amicus qui solum sui causa est amicus. *In communi Apostolor. conc.2. num.9.*

Amici huius temporis, necessitatis tempore deficere solent. *Dominica 2. Aduent. conc. 2.num 26.*

In amicis eligendis cautissimus esse debes. *In Aduent.conc.3.Thomæ nu.14.*

Amicis honesta petenda. *3. Quadrag. Sabbatho post Cineres nu. 26.*

Amicus Dei, Vide verbo iustus.

AMOR.

A*Mor Christi erga nos,* Vide Christus.

Amor quo Christus passus est, Vide passio Christi.

Amor rerum terrenarum, Vide bona temporalia.

Amor inimicorum, vide inimicus.

Amor turpis, Vide luxuria.

§. AMOR DEI ERGA NOS.

AMore eximio Deus suos amat. *4. Quadr. Dominica in passione feria 6.nu. 16.*

Amor Dei erga nos quantus. *1. Quadrag. Dominica 1 feria 3 n 2 & in Aduent. conc. 4 Conceptionis B. Mariæ n 14. & Dom. 4. sequēti feria 6 nu 5. & 3 Quadrag Dominica 4. feria 4 n 17 & Dominica in ramis sequenti n 2. & in proprio Sanctorū conc. 2 feriæ 2. Pente. n 11.*

Amore donat Deus omnia, quæ nobis elargitur. *In proprio Sanctorum fer 2. Pentecost. conc 1 nu 16.* Et omnia Dei opera, noua & vetera amore fiunt, & facta sunt. *ibi conc. 2 n 2.*

Amor quo Deus nos diligit omni ex parte infinitus est. *In proprio Sanctorum conc. 1. fer. 2 Pente. nu. 6.*

Modus quo amat nos Deus inexplicabilis est *In proprio Sanctorum conc. 1. feriæ 2. Pentecost. num. 5.*

Amor Dei potius est effectus, quam affectus, quia ei quem amat plurima confert beneficia. *In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pentec. num. 23.*

In amore Dei erga nos, considera quis est, qui diligit, & quem diligit, & quomodo diligit, vide & nota. *In proprio Sanctorum conc. 1. feriæ 2. Pente. num. 3.*

Amor hic Dei erga nos nutricis erga suum infantem amori apprimè comparatur. *In Dominicali Domin. 2 post Pascha conc. 2 num 5.*

Amore tanto Deus nos diligit, vt quantum in se est semper nobiscum velit esse: & si deest, nostra culpa est, qui tanquam ingrati ab illo fugimus. *In proprio Sanctorum conc. 2 feriæ 2. Pente num 13.*

Cùm amor Dei sit vnus & immutabilis, cur aliqui singulariter ab ipso dilecti dicuntur? *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ. num. 22.*

Amor hic Dei, est cæterorum bonorum, quibus eum quem diligit afficit, fons. *In Aduent. conc. 3. Ioannis Euangelistæ nu 12. & in Dominicali Dom 5 post Pascha. conc. 1. nu 2.*

Deus puro nos amore amat, nulla vtilitatis mistione *In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangelistæ nu. 2.*

Amor est omnium rerum, quæ in mundo sunt fortior, cum inuincibilem vicerit. *In proprio Sanctorum conc. 2 feriæ 2. Pente nu 12*

Amor Dei erga nos, quam immensus sit, ex eis quæ pro nobis passus est, super omnia dignoscitur: de quo vide plurima in verbo, Passio Christi.

Deus tam immenso amore homines diligit, vt locus in quo homo non est, solitudinem vocet. *In Dominicali Domin. 3 post Pentecost. conc. 2. num. 22.*

§. *AMOR NOSTER ERGA DEVM, & de amoris huius diuini effectibus, & vi & efficacia.*

AMor noster erga Deum, quas conditiones habere debet. *In communi Apostolor. conc. 3. num 12. vbi latè.*

Amoris diuini quanta sit vis, efficacia, fortitudo, & potestas: & quam mirabiles effectus in his, in quibus residet, proferat. *In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pente. num. 11 & in Dominicali Dom 17. post Pente conc. 2. nu 47. vbi latè & 2. Quadrag. conc. de passione n. 20. & 3. Quadr. Dominica Resurrectionis nu 29 & in Aduēt. conc. 2. Ioannis Euangelistæ nu 11 vbi latissimè.*

Amori & dilectioni Dei omnes & animæ, & corporis vires, denique totus homo inseruire debent. *In Dominicali Dominica 12. post Pente. conc 1 num. 36.*

Amor noster erga Deum inconstantissimus est, cum amor quo ipse nos diligit sit firmissimus. *3. Quadr. conc. in cœna num. 5. & 4. Quadrag. conc. in cœna nu. 28.*

Amor Dei consistit in hoc, quod posito Deo ex vna parte, & mundo ex alia, velit potius homo totum mundum, quam Deum amittere. *In Dominicali Dominica 12. post Pente. conc 2 num. 17. vbi optimis Sacræ scripturæ exemplis id confirmat.*

Vt Deum homo amaret, ipsum Deus creauit, illud tamen cui minus homo incumbit est id, propter quod fuit conditus. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis Beatæ Mariæ num 37.*

Ne in amorem Dei feramur, singulas pueriles etiam res nobis impedimento esse, lachrymandum est. *In proprio Sanctorum conc. 2 diei sancti Pente. num. 3.*

In amando Deum omnem vim, omnemque animum, collocemus, magis quam in cognoscendo illum; cum maius meritum nobis accrescit amando, quam intelligendo. *In proprio Sanctorum conc 3 Trinitatis nu 23.*

Amor hic diuinus quomodo depingendus sit. *In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pentecost. num. 11.*

Amoris igne corda nostra combusta, vult Deus, vt in sacrificium illi offerramus. *In proprio Sanctorum conc. 1. feriæ 2. Pentecost. num. 2. & in Dominicali dominica 17. post Pentec. conc 1. nu. 44. vbi latè.*

Nos amore concitatos Deo seruire, & non coactos vult ipse Deus. *In communi vnius mart. conc. 1. nu. 1. vbi latè.*

Qui diuini amoris sagitta vulneratus est, quiescere in creaturis nequit. *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ num. 11*

Amor noster, erga Deum, ex operibus, debet dignosci. *Quadrag. conc. in cœna, num. 21 & communi Apostolorum conc. 2. nu. 11.*

Amorem Dei, cum timore eiusdem connectere oportet. *In communi virginum conc. 4. num. 2.*

Eos qui ob amorem Dei, aliquid in hac vita reliquerunt, non solùm ipse in alia; sed in hac etiam vita, maximis muneribus afficit. *In communi confess. non pontif. Euangel. ecce nos relinquimus omnia, &c. conc. 4. nu. 19.*

Quanto magis quis amat Deum, tanto magis ac omnibus Deum amari vult. *In Aduent. conc 1. Ioannis Euangelistæ nu. 8.*

Deum amore, complacentiæ diligere debemus: lætantes, & complacentes, quod ipse infinita illa, quæ habet bona possideat: non tamen amore desiderij (quo proximum diligere debemus) quia nihil ei deest, quod consequatur, *In Dominical. domin. 17. post Pentec. conc. 1. num. 28.*

Sicut impossibile est, vas aliquod, perfectè adimpleri; si tremens est & non quiescit: sic impossibile est humanum cor, amore Dei perfectè impleri, si inquietum est, & mutabile. *In Dominicali dominica 17. post Pentecost. conc. 1. num. 41.*

In omnibus virtutibus (saltem Cardinalibus) requiritur terminus: amor autem quanto magis, ac magis protenditur, tanto excellentior est. *In Dominicali Domin. 17. post Pentecost conc. 1. nu. 45. & conc. 2. nu. 50.* Et sic sine mensura, sine modo, & sine termino Deus est diligendus. *Ibidem.*

In amore Dei, perseuerantiam Deus exposcit. *In Dominicali Dominica 17. post Pente. conc. 2. nu. 43.* sic iustorum præcipua cura, in conseruando hoc amoris igne, constituta debet esse. *ibid. num. 44.*

Sicut Deus, omnia visibilia, propter hominem creauit, & in ipsius amorem: ita homo, omnia sua opera, propter Deum, debet proferre, & in sui tantùm amorem. *In Dominicali Dominica 17. post Pentecost. conc. 2. numer. 45.*

Amor Dei potens est, ad idmet operãdum, quod in homine mors factura erat. *In Dominicali Dominica 17. post Pentecost. conc. 2 nu. 46. & in Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ num. 14.*

Amor hic Dei est, velut ignis, omnia comburens, & inflammans. *Dominica 17. post Pentecost. conc. 2. num. 46.*

Maximum fuit beneficium, in re tam facili, tanquam in manu nostra, qualis amor est, gloriæ consequutionem, & diuinum cultum, nobis constituere. *3. Quadr. feria 6. post Cineres n. 12. in proprio sanctorum, conc. 2. dies sancti Pentecost. nu. 4. & ibi conc. 2. feriæ 2. Pentecost. num. 13. & in Dominicali Dominica 19. post Pent. conc. 2. nu. 26.*

Vnum ex certioribus signis, quod charitas Dei, alicuius animæ insit, est, fecundissimo vtilitatis proximorum desiderio, flagrare. *In proprio sanctorum conc. 2. visitationis B. Mariæ num. 21.*

Amor est, quod præcipuè, à nobis Deus exposcit: quia amor, amore rependitur. *In proprio sanctorum conc. 2. feriæ 2. Pentecost. numer. 12.*

Amoris diuini, tanta est vis, vt faciat eum, in quo residet, non solùm libenter se morti offerre, verum eam efficaci studio oppetere. *In Dominicali Dominica 4. post Pascha conc. 2. num. 7.*

Inter ea, quæ animas nostras à peccatis tuentur, præcipuum est, amo *In Dominicali Dominica 22. post Pent. conc. 1. nu 2.*

Aliqua quæ huc spectant, vide verbo, charitas.

§. *QVOD AMOR NOSTER erga Deum sit exiguus.*

AMorem nostrum, erga Deum, exiguum esse, colligitur; quia vix aut nunquam, Dei recor-

recordamur. *In proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pent. nu. 9.*

Et quia carentia Dei exigua nos afficit tristitia. *In proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pente. num. 11.*

Et quia maxima difficultate, & repugnantia quo Deus nos ducit, fluimus. *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ nu. 14.*

Et parum dolemus, cum Deus offenditur. *In Aduent. conc. 1. Andreæ nu. 14. & in Dominicali Dominica 4. post Pascha conc. 2. numer. 12.*

Et quia veri amatores Dei, omnes quascunque facile superant, difficultates, ipsos quo minus ad Deum accedãt, impedientes. *1. Quadrag. feria 5. Resurrectionis num. 6. & 3. Quadrag. Dom. Resurrectionis nu. 26.*

Et quia quamcumque rem quam propter Dei amorem, & seruitium facimus, maximam esse existimamus; cum Deus omnia quæ amore nostri passus est, modicum appellet. *In Dominicali Dominic. 3. post Pascha conc. 1. nu. 9. vbi latissimè.*

Et quia vel minima hora, qua cum ipso in oratione, vel contemplatione, sumus, annum integrum esse, existimamus: cum ipsi Deo parum esse videatur, id quod cum nobis commoratur. *In Dominicali Dominica 3. post Pascha conc. 1. nu. 6.*

Et quia amoris diuini ignis est, semper omnique tempore hora est, proximo subueniendi. *In Dominicali Dominic. 3. post Pentecost. conc. 1. num. 19.*

Et quia minores effectus diuinus amor in te efficit, quam turpis, & inhonestus amor, in eis in quibus residet facit. *3. Quadrag. Dominica Resurrectionis nu. 25.*

Et quia ea tantum facere, pro eo volumus, ad quæ sub mortali peccato, tenemur: non verò plura. *In Aduent. conc. 2. Purificat. B. Mariæ nu. 11.*

Et quia cum plurima propter temporalia, imò propter peccata supportemus; propter Dei autem amorem, nihil sustinere volumus. *In Dominicali Dominica 6. post Pente. 1. conc. num. 21.*

Et quia qui verè amat, non respicit ad inconuenientia. *3. Quadrag. Dom. Resurrectionis num. 25.*

§. CIRCA ILLVD AMORIS DEI præceptum, *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde, &c.*

CONSIDERATIONES.

HOc præceptum à beatis, in patria perfectissimè, & firmissimè adimpletur, sed non tanquam præceptum, sed tanquam meritorum præmium. *In Dominicali Dominica 17. post Pente. conc. 1. num. 25.*

Hoc præceptum, in hac vita, nunquam vsquequaque perfectè adimplemus. *In Dominicali Dominica 17. post Pentecost. conc. 1 nu. 25. & in Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelistæ num. 17. vbi latè.*

In hoc præcepto, cor est primum, quod à nobis Deus postulat. *In Dominicali Dominica 12. post Pentecost. conc. 1. num. 28.* Et licet ex alijs rebus, quæ cor non sunt, partem Deus exposcat, ex corde tamen, non partem, sed totum integrum exigit. *Dominica 17. post Pentecost. conc. 1. nu. 34.* Nec mirum, cum homo qui vilissimus terræ vermiculus est, non nisi cum toto Deo contentus sit. *Dominica 17. post Pentecost. conc. 1. num. 35. vbi plura dicit grauibus referta sententijs: & conc. 2. sequenti nu. 42.*

In præcepto amoris Dei, ex toto corde iubemur vt omni studio, carnalia extinguere, & odio habere contendamus: & diuinum tantum amorem amplectamur. *In Dominicali Dominica 12. post Pentecost. conc. 1. nu. 30. vbi latè.*

Si peccatum non esset, vt ipsum Deum ardentissimo amore prosequeremur, nequaquam amoris præcepto indigeremus. *In Dominicali Dominica 12. post Pentecost. conc. 2. num. 23.*

Hoc amoris Dei pręceptum, in lege Euangelica nouo ac maiori modo adimpleri debet. *In Dominicali Dom. 12. post Pentecost. conc. 2. num 21. & in Aduent. conc. 1. Andreæ. num. 19.*

In amoris mandato præcipitur, omnem animi virtutem, amori diuino subijcere, & hoc viriliter & non remisse. *In Dominicali Dom. 12. post Pent. conc. 2. nu. 36.*

Prima lex, quam Deus homini dedit, amoris fuit.

ris fuit. *In Dominicali Domin. 12. post Pente. conc. 2. nu. 12. vbi latè.*

Amoris præceptum, in lege etiam scripturæ Deus maximè commendauit. *In Dominicali Domin. 12. post Pente. conc. 2. nu. 16.*

Amoris hoc præceptum specialiter præceptum suum Deus appellat: & quare. *In communi Apostolor. conc. 1. num. 21.*

Amoris hoc præceptum singulariter probitatem benignitatemq; Dei repræsentat. *In communi Apostolor. conc. 1. num. 21.*

Diligere Deum ex toto corde est, cor tuum non esse inclinatum, ad alterius rei quam ad Dei amorem. *In Dominicali Domin. 17. post Pente. conc. 2. num. 40. vbi etiam late explicat quid sit diligere ex tota anima, & ex tota mente.*

Amoris ratio clauditur in his duobus verbis, Deum, & tuum. *In Dominicali Domin. 12. post Pente. conc. 2. nu. 25.*

Deus à se ipso tantum amari potest vt amari dignus est. *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangelista num. 18.*

§. RATIONES AD HOMINES *in amorem Dei inflammandos, & ad dilectionis Dei præceptum adimplendum commouendos.*

PRima ratio. Deum ardentissimo amoris affectu dilige, quia Dominus tuus, & Deus tuus est. *In Dominicali Dominica 12. post Pentecost conc. 2. num 25 & Dominica 17. conc. 1. num. 35 & conc 2 sequenti num. 32.* Et magis tuus est, quam tuus pater, aut filius, aut vxor *In Dominicali Dominica 12 post Pentecost conc. 2. num. 31.* Et adeo tuus est, vt homo factus sit propter te: *ibid. numer. 32.* Quam vehementer nos in Dei amorem, hoc beneficium impellat, vide incarnatio. *Et in Dominicali feria 4 in Litanijs maiorib. conc. vnâ nu. 11.*

2. Ratio. Quia si ad diligendum amicitiæ rationem habeas, nullius (quam Dei) amicitiæ signa euidentiora vnquam extiterunt. *In communi Apostolor. conc. 2 nu. 18. & in Aduent. conc. 4 Ioannis Euangelista nu. 2. vbi latissimè & ex professo.*

3. Si tamen alterius erga te amorem spectes, Deum ipsum (qui summum bonum est) te maximo amore prosequi inuenies. *In Dominicali Dominica 17. post Pente. conc. 2. num. 32. Hoc argumentum latè prosequimur supra §. Amor Dei erga nos: vbi plura selecta inuenies.*

4. Si verò eximia bonitatis, & pulchritudinis species apud te amorem promeretur, quis vnquam immensam illam Dei pulchritudinem, & bonitatem valebit mente & cogitatione comprehendere? *Dominica 1. Aduentus conc. 2 nu. 2. vbi latè.*

5. Si verò beneficia spectas, nullius (quam Dei) beneficia maiora sunt. *In Dominicali Dominica 17. post Pente. conc. 1. num 40. & in Dominicali dominica 2 post Pente. conc. 2. num. 17. & dominica 22. post Pente. conc. 2. num 39. vbi latè.*

6. Si amare eum desideras, qui tibi familiarissimus esse debet, nullus magis tua conuersatione gaudere, quam Deus significauit. *In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangelista numer. 10.*

7. Si autem tuum amorem pretio emi vis, quis maius pro illo pretium impendit quam qui pro ipso vitam æternam pollicetur? *3. Quadrag. Dominica 3 feria 4 numer 30. & 4. Quadrag. feria 6. post Cineres numero 12. & in proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pentecost. numer. 4. vide de hoc plura verbo, gloria.*

8. Quod si tantum eum qui vehementer tuum amorem extorserit, diligere vis, nullus potentius Deo id à te extorquet, *vt probat in Dominica domin 17. post Pentecost. conc. 2. num 36.*

9. Si verò timore perterritus, & pœnis coactus, ad diligendum commoueris, Deus ingentes, & æternas miserias tibi, si illum non dilexeris minatur. *1. Quadragesi. Dominica 1. feria 3. numer. 11. & 3. Quadrag. dominica 2 feria 5 numer. 31. & in Dominicali dominica 3. post Pascha conc 1. num. 21. vide de hoc plura verba, infernus.*

10. Si etiam stimulos, ad diligendum tibi addet, cognoscere, aliquem paratum esse tibi in necessitatibus subuenire, Deus tanto desiderio nostris necessitatibus subueniendi flagrat; vt etiam non poscentibus præbeat,

beat, & non interrogantibus obuiam exeat. *In Dominicali dominica 3 post Pascha conc. 2 num. 14.* Et in conferendis beneficijs Deus nos præuenit. *4 Quadrag. Dominica 4 feria 4. num. 23.* Et semper maioribus necessitatibus occurrit. *2. Quadr. feria 2 Resurrectionis nu. 15.* Et promptissimè suorum necessitatibus subuenit, *in Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 2. nu 61.*

11. Si tamen eum amare desideras qui te possit defendere, Deus diligenter amicos suos defendit. *3. Quadrag. Sabbatho post Cineres numer. 22 & in Aduent. dominica 1. post Epiphaniam conc. 2. numer. 4.* Adeo vt qui Deum diligit, & ei seruit, neminem timere debeat, *tertia Quadragesim. Sabbatho post Cineres numero vigesimooct.* Nec indigeat multis armis ad se protegendum. *Ibid. num. 30.*

12. Et quia si parentem qui corpus tantum tibi dedit, debes diligere; quanto magis Deum, qui non solum te condidit; sed te etiam nunc conseruat? *In Dominicali dominica 17. post Pentecost. conc. 1. numero 32. & dominica 3. Aduentus conc. 2. num. 9. vbi latè.*

Et ipse animam tuam creauit; & vltra hæc omnia, gratuitum etiam esse tibi dedit. *Dominica 17. post Pentecost. conc. 2. numer. 38.*

13. Et quia amor Dei omnibus virtutibus formam præbet. *Vide & nota rationem in Dominicali dominica 17. post Pentecost. conc. 2. numero 48.* Et sine ipso nulla ex virtutibus, simpliciter, & absolutè vera virtus est. *Dominica 12 post Pentecost. conc. 2. numer. 35.*

14. Quia amor Dei, & proximi est præcipuum Christiani munus. *1. Quadrag conc. septuagesimæ num. 24.*

15. Quia amore magis, quam alia virtute, similes Deo reddimur. *2. Quadrag. feria 6. post Cineres num. 18.*

16. Quia amor est res magis in potestate nostra, quam aliæ, constituta. *Vide, & nota 3. Quadrag. Dominica 3. feria 4. num. 30. & 4. Quadrag. feria 6 post Cineres num. 12. & in proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pentec. nu. 4.* Quod ergo hanc rem tam facilem, facere nolimus, magna confusio nostra est. Et ob id si tristari posset Deus, maxima afficeretur tristitia. *In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pente. nu. 5.*

17. Quia amor nos vnit Deo. *In communi Virginum conc. 4. nu. 6.*

18. Quia ad amoris præceptum adimplendum, Deus sufficientissima semper auxilia præbet. *In communi Apostolorum conc 1. numer. 11.*

19. Quia omnia omnium virtutum præcepta diriguntur ad amorem Dei, & proximorum, tanquam in suum finem: *vide & nota in communi Apostolor. conc. 3. nu 9.*

20. Quia amor diuinus, omnia facit suauia, & facilia. *In proprio Sanctorum conc. 1. diei sancti Pentecost. num. 16. & ibi conc. 2. num. 9. Et nu. 16. vbi latè.*

21. Quia amor Dei vim, & vigorem tribuit bonis operibus, quæ in eius seruitio fiunt. *In Dominicali dominica 12. post Pente. conc. 2. num. 34.* Est enim amor sicut cifra Arithmeticæ. *Ibid. nu. 35.*

22. Quia pro nobis Deus proprium sanguinem fudit. *In Dominicali Dominica 4. post Pascha conc. 2. nu 5.* Et animam suam posuit pro nobis. *In eadem Dominica conc. 1. nu. 9. de quo vide plura verbo passio Christi.*

23. Quia hanc excellentiam amor Dei inter alias virtutes habet: quod cum aliæ virtutes te hominem efficiant, hic tamen amor, Deum te reddit. *In Dominicali Dominica 17. post Pente conc. nu 31.*

24. Quia magna miseria est, te affectionem, & amorem erga vineam, erga pallium, & calceum habere: & erga illum Deum qui gloriæ infinitæ, atque immensæ bonitatis est, nullam affectionem in te sentire *In Dominicali Dominica 17. post Pentecost. conc. 1. numer. 31.*

25. Quia vt Deus in sui amorem nos inuitaret, ex amantissimo Redemptionis beneficio nomen ipse Deus accepit. *In Dominicali Dominica 17. post Pentecost. conc. 2. num. 35.*

26. Quia sicut auibus naturalis locus est aër, & piscibus aqua: sic proprius hominis locus est Deus. *In Dominicali domin 12. post Pente. conc. 20. nu. 28. vbi ex professo.*

27 Et quia amor est res, cum qua rationalis creatura a suo creatori potest saltem similitudine quadam debitum soluere, & ei correspondere. *In proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pent. nu. 7. & feria 2. Pentecost. conc. 4. num. 1.* Quia amor amore Dei rependitur. *In proprio sanctorum feria 2. Pentecost. conc. 2. num. 12.*

28. Quamuis plurimæ sint viæ, vt mundum fugiamus; vna tantum, amoris scilicet est, vt cœlum ingrediamur. *In Aduent. conc. 3 Andreæ num. 6.*

Accommodari hic possunt septuaginta, & nouem rationes, quas verbo, peccatum. §. Rationes, &c. accurate collegimus ad deterrendos homines à vitijs, & Dei offensis, quæ etiam prodesse possunt per locum à contrario ad homines in amorem Dei impellendos.

§. DE AMORE PROXIMORVM, *& de illo præcepto, Diliges proximum sicut teipsum.*

AMor quem erga proximos habemus, ex operibus debet dignosci. *1. Quadrag. conc. in cœna nu. 21. & in communi Apostolorum conc. 2. nu. 11.*

Amare proximos debemus non tantum verbis sed operibus: nam amor sine operibus non sufficit. *In Aduent. conc. 1. Andreæ nu. 21. & in proprio sanctorum conc. 1. diei sancti Pentecost. nu. 13. & in communi Apostolorum conc. 2. nu. 11.*

Principalis amor proximi est illum ad Dei seruitium adducere, & propter hoc nihil intentatum relinquere. *3. Quadrag. Dominica 3. feria 3. nu. 4.*

Veri amatores proximi alter alterius onera, & imperfectiones portare debent. *In communi Apostolorum conc. 2. numer. 12. vbi ex professo.*

Amor proximorum non est diuersus ab amore Dei, sed idem; cum finis in illo Deus sit. *In Dominicali, Dominica 12. Pente. conc. 1. num. 31.*

Amorem, & vnitatem inter vniuersas res mundi (præcipuè inter homines) Deus prætendit: & quare. *2. Quadrag. feria 6. post Ciner. nu. 2. vbi ex professo, & 3. Quadrag. feria 6. Dominicæ Passionis nu. 37.*

Hunc amorem fraternitatis summè inter cætera Deus commendauit. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 2. num. 27.*

Amor proximorum est signum quo in lege gratiæ oues Dei cognoscuntur. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 2. num. 28.*

In amore proximorum, & non in alijs virtutibus perfectio Christiana sita est. *1. Quadrag. conc. in Cœna nu. 15. & 4. Quadrag. fer. 6. post Cineres nu. 10.*

Amor proximi, & concordia cum ipsis est vna ex rebus, quæ gratiores sunt Deo. *1. Quadrag. conc. in Cœna nu. 12. & 2. Quadrag. fer. 6. Dominicæ Passionis nu. 37. & in Communi Apostolorum conc. 4. nu. 11. & in proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis nu. 10.*

Amare proximos, etiam inimicos semper Deus præcepit. *2. Quadrag. fer. 6. post Cineres num. 9.*

Amor proximi est signum amoris Dei. *3. Quadrages. fer. 6. Dominicæ Passionis numero 38.*

Quia homo mensurabilem habet bonitatem, ideo mensuratur eius dilectio: scilicet vt eum diligas sicut teipsum. *In Dominicali Dominica 17. post Pente. conc. 2. nu. 50.*

Amorem proximorum nos docuit Deus in modo, quo omnia creauit. *4. Quadrag. fer. 6. post Cineres num. 17.*

In amore proximorum ordo est necessario seruandus. *In Dominicali Dom. 12 post Pente. conc. 1. num. 40.*

Ad amorem proximorum exhortatio optima. *In communi Apostolorum conc. 1. num. 4. vbi latissimè, & ibi conc. 2. nu. 2. & ibi conc. 4. num. 10.*

Ad amoris proximorum præceptum adimplendum Deus sufficientissima semper auxilia præbet. *in communi Apostolorum conc. 1. num. 11.*

Amoris nostri erga proximos exemplar, & regula esse debet amor Dei erga nos. *In communi Apostolorum. conc. 1. num. 23. & conc. 2. nu. 4. & in Aduent. Dominica 6. post Epiphaniam. conc. 3 nu. 2.*

Sicut

Sicut Christus nos dilexit, non propter nostra, sed propter nosmetipsos, ita proximos diligere debemus, non propter ipsorum bona temporalia, sed propter ipsos. *In communi Apostolorum conc.2.num.8.vbi latè.* Vix autem reperitur qui proximum diligat, nisi quando ad vtilitatem ex eo ducere intendit. *In Aduent. Dominic. 6.post Epiphan.conc.2.num.9. & in Dominicali Dom.17.post Pente.conc.2. nu.52.vbi latè.*

Quantum Deo placet, vt homines sese inuicem diligāt, vel ex eo colligitur quod Deus præfixit hominibus septem Decalogi præcepta erga proximum, & tria tantum erga se. *In Dominicali dominica 17.post Pentec. conc. 2. nu.54. vbi ex professo.*

In proximi amore tota lex includitur: & quam feruenter proximos diligere debemus. *In Aduent.conc.3. Andreæ nu.7.*

Verus amor proximi ex amore Dei nascitur. *Dominica 2. Aduent.conc.4. nu. 3.*

Sic amare proximos debemus, vt ipsorum necessitates non alienas, sed proprias æstimemus *Dominica 2. Aduent.conc.2.nu. 2. circa hoc vide plura in verbo, Charitas.*

Vt nos inuicem amore Deus coniungeret, venit in mundum. *Dominic. 4. Aduent. conc.1.num. 8.*

Hic amor, & virtus proximorum multo magis in primitiua Ecclesia, quam nunc erat. *In Aduent.Dominica 6.post Epiphan. conc. 3. num. 3.*

Amor proximorum adeo est Deus gratus, vt iniurias, quæ proximis inferuntur magis quam quæ sibi fiunt Deum persentire sacra scriptura significet. *In Aduent.Dominic.6.post Epiphan.conc.3.nu.4.*

Impossibile est vbi superbia inanisq; propria æstimatio est, verum proximorum amorem, & veram pacem esse. *In Aduent.Domin. 6.post Epiphan.conc.3. nu.6.*

Ad amorem inter proximos conseruandum, oportet, nos inuicem honoribus præuenire. *In Aduent. Dominica 6. post Epiphan. conc.3.nu. 7.*

Perfectus amor proximorum est non expectare, vt proximus ad aliquam sibi opem ferendam ardenti studio, atq; importune obsecret. *In Dominicali Dominica 4.post Pente. conc.2.nu. 28.*

Aliqua quæ ad hunc locum spectant, vide verbo, charitas, & verbo misericordia. §. contra immisericordes, & crudeles erga proximos, & verbo, inimicus. §. inimicorum dilectio.

§. AMOR PROPRIVS.

AMor proprius, fundamentum plurimorum scelerum est. *In cōmuni vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc.1. numer.19. & ibi conc.3.nu.10.*

Amorem proprium vincere curare debemus. *In communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc 3.nu. 11.*

Amor proprius est errorum causa. *In Dominicali dominica 6.post Pentecost.conc.1.numer.43.*

Amor proprius est vnum ex maioribus malis, quæ nobis ex peccato processerunt. *In Aduent.Dominica 4.post Epiphan. conc. 1. num.2.*

Amor proprius facit, vt omnia, quæ volo & diligo, propter me ipsum velim, & amem, me ipsum finem constituendo. *In Aduent. Dominica 4 post Epiphan.conc.1.nu.4.*

Seruire Deo nolle, nisi in ijs quæ tibi grata, suauia, & non difficilia sunt, ex amore proprio dimanant. *In Aduent. Dominica 4. post Epiph.conc.1.nu.6.*

Amor proprius quamdiu rationis, & diuinę legis terminis septus est, non est malus, sed bonus. *4. Quadr.conc.septuag.nu.6.*

Annæ laudes, vide in communi sanctarum mulierum conc. 1. à número 28. vsque ad finem.

ANGELVS.

ANgeli nomen quid significet. *2. Quadrag. conc.quinquag.nu.33. & in proprio Sanctorum conc.3.incarnationis nu. 10.*

Angeli nos illuminant, diuino amore inflammant, atque à quamplurimis imperfectionibus nos expurgant *In proprio Sanctorum concio.4. dedicationis Michaelis, numero 29.*

Angelis Deus sæpè facultatem concedit, vt nos corporalibus afflictionibus puniant: & quare.

quare. *In proprio Sanctorum conc.3. dedicationis Michaelis num. 24.*

Angelus propinquior Deo magis participat bonitatem Dei. *In proprio Sanctorum concio.1. B. Mariæ ad Niues nu. 29.*

Angeli plurima redemptoris nostri mysteria vsque ad Apostolorum prædicationem ignorarunt. *In proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis num.4.& in Aduent.conc.2. Ioannis Euangelist.nu.26.*

Angeli maximè lætantur in conuersione peccatoris. *In proprio Sanctorum conc. 2. Natiuitatis B.Mariæ nu.23.*

Angeli magno cum labore cælestem beatitudinem compararunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. dedicationis Michaelis num. 11. vbi ex professo.*

Angelorum præcipua excellentia est Dei præcepta velociter exequi. *2. Quadrag. Domica 1. feria 6. num. 18.*

Angeli fuerunt creati in gratia. *In proprio Sanctorum conc.3.dedicationis Michaelis numer. 4.*

Angeli alis depinguntur quia ad bonum nostrum perficiendum volant *In proprio Sanctorum conc.2.dedicationis Michaelis nu 33.*

Angeli non occupant locum. *In proprio Sanctorum conc.3.dedicationis Michaelis numer.2.*

Angeli in fide incarnationis Iesu Christi creati sunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. dedicationis Michaelis nu.5.*

Angelorum peccatum quale fuerit. *In proprio Sanctorum conc. 3. dedicationis Michaelis nu.8.vbi ex professo.*

Pugna inter Angelos bonos, & malos: & circa quam materiam fuerit. *In proprio Sanctorum conc.3. dedicationis Michaelis numero 10.*

Nunc etiam certant quotidie super animabus nostris. *Ibid. nu.19.*

Victoria Angelorum bonorum, quæ fuit. *In proprio Sanctorum conc.3.dedicationis Michaelis nu.13.*

§. *ANGELORVM Custodia.*

ANgelos in nostri custodiam à Deo deputari, quam maximum sit Dei beneficium. *In proprio Sanctorum conc. 1. dedicationis Michaelis nu.34.vbi latè.*

Angeli efficacius nos custodiũt post Christi Aduentum. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis numer.28. vbi ex professo.*

Tantus est in Angelis salutis nostrarum animarum zelus, vt respectu nostri contendere inter se dicantur. *In proprio Sanctorum conc.2. dedicationis Michaelis nu 36.*

Angeli custodes orationes nostras ad Deũ deferunt: & quare. *In proprio Sanctorũ conc. 2.dedicationis Michaelis nu 31.*

Angeli, quam in promptu sint ministerio seruorum Dei. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis nu 30.& 32.* Et quam diligenter in principio, medio, & fine nostrorum operum, & totius vitæ nos iuuant. *Ibid. num. 33.*

Sicut singuli homines, singulos habent Angelos in custodiam: ita singulos etiam habent diabolos aduersarios ad virtutis exercitationem. *In proprio Sanctorum conc.3. dedic. Michaelis nu 29.*

Angeli sæpe nos à magnis periculis non eripiunt, quia sumus maximi peccatores: vultque Deus vt hac ratione purificemur. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedic. Michaelis numero 32.*

Angelus animæ, cuius custos est, bonum nimis zelat. *In proprio Sanctorum conc. 4. dedic.Michaelis nu. 32.*

ANIMA.

ANima de Deo tantum, & non de rebus temporalibus curet. *3. Quadr. Dominica in Passione feria 4.nu.39.*

Anima nostra, est Helena, pro qua Deus, & dæmon, cælum, & infernum totis viribus digladiantur & pugnant. *4. Quadr. Dominica 3.nu.2. & 10.*

Anima Deo, & non diuitijs, nec gloria humana, nec voluptatibus alijs huius seculi satiatur. *1. Quadrag. Dominica 3. fer.6.num 23. & in Aduent. conc.4. Ioannis Euangelistæ numer.26. & 1. Quadrag. Dominica in Passione, feria 2.num.18. & secunda Quadrag. Domin. 3.fer.6.nu.33. & in communi Sanctarum mulierum

lierũ conc.1.nu 2. vsq; ad 10.& ibi.conc.2 nu. 6.& ibi conc.4.nu.2 & in proprio Sanctorum conc.4. visitationis B.Mariæ nu.22.

Animæ quã parua cura habeatur, & quam maxima aliarum rerum temporalium etiam munitissimarum. *2.Quadrag. Dominica 3.feria 4.num.2.*

Anima, lethali culpa sauciata quam deformis sit, vide in verbo peccatum, vbi plurima, quæ huc spectant inuenies.

Animarum curam habere quam graue sit pondus. *1. Quadrag. Dominica 2 feria 4. numer. 14. de quo vide plura in verbo prælatus, & prælatura.*

Anima Christi, Vide Christus.

Inter animam & corpus nostrum continuum est, & erit bellum. *In proprio Sanctorum conc. 4. assumptionis B. Mariæ num.20. vbi optimè.*

Animarum tanta dignitas est, vt vnaquæque illarum ab ortu Natiuitatis habeat Angelum in sui custodiam deputatum. *In proprio Sanctorum conc.1. dedicat.Michaelis numer.34.*

Et omnes Hierarchiæ salutem animarum nostrarum curent. *1.Quadr. Dominica 3. nu. 8.* Ipse tamen homo est, qui eam paruipendit. *Ibidem.*

Anima iusti: vel anima quæ est in gratia, quam illustris, &c. sit, vide iustus. §. iustorum excellentiæ, & dignitates, vide etiam verbo, gratia.

Ne animam peccato inficias, & conspurces, vide rationes ex omnibus Authoris operibus in verbo peccatum à nobis collectas.

Nil præter Deum animæ vacua implere potest. *Vide & nota, Dominica 3. Aduentus conc.3 num.10.*

Animæ dignitatem nulla creatura naturaliter potest cognoscere. *Dominica 3. Aduent. conc.3.nu 10.*

Deus tantum in animam illabi potest, non Angelus, nec dæmon. *In communi Virginum conc.4.nu. 6. & 2 Quadrag. Dominica 3.nu. 9.& in proprio Sanctorum conc. 3. fer. 2.Pente.num. 14.*

Animam nostram quãtum Deus æstimet, & amet. *In Aduent.conc.1.Thomæ nu.21.*

Animæ pericula super omnia timenda. *In Aduent.conc.3.Thomæ nu.3.*

Cum animam nostram alteri quam Deo damus, non solùm iniusti, sed etiam proditores sumus. *In Dominicali domin.5.post Pente. conc.2.nu.12.*

Animam, rem ita pretiosam, vili quodam pretio mutare maxima commiseratione dignum est. *In Dominicali domin. 5. post Pente. conc.2.num.14.*

Si animam vili pretio vendidisti, scito quod quam diu in hac vita es, pessimam illam venditionem dissoluere potes. *In Dominicali dominica 5. post Pente.conc.2.numero 17.*

Anima nostra est viuum Dei templum. *In Dominicali dominica 9.post Pente.conc.2.nu. 32.& 38.*

§. ANIMAE SALVS.

Animæ salus plurimi facienda, si quidem tanti Deo stetit. *In Dominicali domin. 2.post Pascha conc.2 num.23.* Et quia pluris æstimauit Christus animam tuam, quam sanguinem suum, quandoquidem illum pro ea abundantissimè effudit. *Ibidem.* Et quia vna ex præcipuis Dei intentionibus est animarum nostrarum saluti vigilare, & illam custodire. *1. Quadr. Dom.3. nu.2.* Et quia instantissime diabolus illam expugnare contendit. *Ibid. nu. 8.* cum hoc tamen multi sunt, qui maiorem iumentorum suorum quam animarum suarum curam gerunt *In Dominicali domin. 16. post Pente. conc.2. num.35.*

Pro animæ salute eam tantum diligẽtiam, quam pro rebus temporalibus adhibetis, Deus exposcit. *In communi Sanctarum mulierum conc.3.nu.19.& in Aduent.domin.1. Aduent. conc.3.nu. 17.*

Hanc animæ salutis diligentiam operatur Spiritus sanctus in anima inhabitans. *3 Quadrag.Domin.4.feria 4.num.29.*

Qui salutis suæ animæ hanc habet diligentiam: vnum ex maximis signis, quod Deus in ipso habitat, obtinet. *3.Quadr. Dom. 4.feria 4.num.29.*

Ad animæ salutem pertinentia diligenter,

vt oportet tractanda, obſurdeſcere mundo debemus. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 4. nu. 28.*

Quæ ad animæ noſtræ ſalutem ſpectant, non differenda: ſed protinus ſumma diligentia, & ſolicitudine tractanda ſunt. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 4. nu. 25. & dominica Paſſionis ſequenti feria 5. nu. 3.*

Animæ ſalutem reliquit Deus in noſtra voluntate. *1. Quadrag. Dominica 1. feria 6. num. 14.*

Animarum noſtrarum ſalus per excellentiam dicitur Dei opus. *2. Quadrag. dominica 4. feria 4. nu. 17.*

Circa animæ ſalutem quam maximam curam, & diligentiam adhibeant iuſti. *1. Quadrag. dominica 3. feria 4. nu. 4. & 2. Quadrag. dominica 4. fer. 4. num. 32. & in Aduen. conc. 4. Epiphan. nu. 18.*

Cõtra eos qui ad animæ ſalutem ſpectantia pigrè tractant, vide pigritia.

Noſtræ ſalutis punctus conſiſtit in hoc quod ad voluntatem, & beneplacitum Dei continuo incedamus, & ab eo nos gubernari permittamus. *In Dominicali domin. 4. poſt Pente. conc. 2. nu. 17. & 25.*

Animæ ſalutem parum æſtimamus, quia tantum cum ipſius diſpendio à corporalibus laboribus liberari cupimus. *In Dominicali domin. 8. poſt Pente. conc. 2. nu. 25.*

D. Antonij laudes. In cõmuni Doctorum conc. 4. per totam concionem.

ANTICHRISTVS.

ANtichriſtus Babyloniæ naſcetur, ex tribu Dan. *In Dominicali dom. 24. poſt Pente. conc. 2. num. 3.*

Tribulatio Eccleſiæ Antichriſti tempore durabit tribus annis, & dimidio. *In Dominicali dom. 24. poſt Pente. conc. 2. nu. 27.*

Antichriſtus miraculis coruſcabit. *In Dominicali dominica 24. poſt Pente. conc. 2. numer. 4.*

Antichriſtus erit ditiſſimus. *In Dominicali dominica 24. poſt Pentecoſt. conc. 2. numer. 8.*

Antichriſti tempore Iudæi ad Chriſtianam fidem conuertentur. *In Dominicali domin. 24. poſt Pente. conc. nu. 12.*

Cur Deus permittet maximam illam, in Eccleſia Dei, tempore Antichriſti, perturbationem. *In Dominicali domin. 24. poſt Pente. conc. 2 nu. 16.*

Apoſtaſia, à religione, vide religio: à fide, vide, fides, & hæreſis.

APOSTOLVS

CVm vniuerſum orbem ad ſuam obedientiam redigere Apoſtolorũ miniſterio Chriſtus voluerit, in Apoſtolatum rudes, & priuatos piſcatores elegit: vt admirabilem ſuam potentiam, & infinitam ſapientiam magis oſtenderet: & humanam ſuperbiam euerteret. *In Aduent. conc. 4. Andreæ num. 6. vbi latiſſimè. & Dominica 2. Aduent. conc. 1. num. 33. & in Aduent. conc. 1. Thomæ numer. 4. & conc. 2. Thomæ num. 3. & ibid. conc. 2. Ioannis Euangeliſtæ num. 29. & in proprio Sanctorum conc. 1. Philippi & Iacobi num. 30. & in Aduent. Dominica 6. poſt Epiphaniam conc. 2. num. 14. & conc. 3. num. 18. & in Dominicali dominica infra octauam Aſcenſionis conc. 2. nu. 16. & nu. 22.*

Apoſtolorum admirabilis auctoritas eis à Chriſto conceſſa oſtenditur. *In Dominic. dominica in albis conc. 3. nu. 5.*

Apoſtolorum prædicationis efficacia quã magna fuerit, & quod deſcenſui Spiritus ſancti ſit tribuenda. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pente. conc. 2. nu. 11. vbi latè.*

Apoſtolus, & Apoſtolicum munus vide concionator, & concio.

APPETITVS, PASSIONES, & affectiones hominis.

APpetitus & affectio quid *2. Quadrag. Sabbath. poſt Dom. 3. nu. 4.*

Vnde vna ex præcipuis ſanctorum exercitationibus fuit humanis appetitibus, non ſolum illicitis, verum & licitis reſiſtere. *In communi vnius mart. Euangel. ſi quis vult venire, &c. conc. 2. num. 12. & in communi vnius marty. conc. 2. nu. 10.*

Vt Spiritus ſanctus nobis inhabitet, appetitibus noſtris nos exuere debemus. *In communi*

muni confeſſ.non Pontif.Euang. ecce nos reliquimus,&c.conc. 4. nu.13.

Paſſiones noſtras,& prauas affectiones ab animis noſtris euellere diligentiſſime curandum eſt 3 *Quadrag.Dominica 4.feria 3. numer.26.*

Paſſiones prauæ nos excæcant, & cæcutire faciunt. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 3. nu.20. & in Dominicali domin.3.poſt Paſcha conc.3.nu.6.*

Quando te Paſſionum tuarum impetu ferri Deus ſinit, grauiſſimum ſumit de te ſupplicium. *3. Quadrag.Dominica 4.feria 3. num.31.*

Paſſiones noſtræ rationis fræno, & pœnitentiæ ſtimulo ſunt frænandæ. *In communi vnius marty Euang. ſi quis vult venire poſt me,&c.conc.3.nu. 15.*

Paſſiones carnis nos abnegaſſe, quando & quo ſigno cognoſcemus. *In communi vnius marty.Euang.ſi quis vult venire poſt me,&c. conc.3.nu.18.vbi latè.*

Si Angelis in cœlo ſimiles eſſe cupimus,totis viribus contendamus à carnis paſſionibus minime gubernari.*In Dominicali domin. 17. poſt Pente.conc. 1.nu.14.*

Animi affectus ſæpiſſime nobis ſunt impedimento,ne verum iudicare poſſimus. *Dominica 2.Aduent.conc.1.nu.23.*

Senſualitas ſemper repugnat,&occaſiones quærit ne Deo obtemperemus. *1. Quadrag. domin.4.feria 6.nu.19.*

Hiſce ſenſualitatis motibus,& appetitibus reſiſtere,quam ſit difficile.*3.Quadr.Sabbatho poſt Domin.2.nu. 8.*

Volũtas propria abneganda,vt cum Chriſto glorificemur. *In communi vnius marty. Euang. Amen dico vobis conc.3.nu.16.*

Voluntas propria renuncianda eſt priuſquam quis ſeDeo ſacrificium offerat.*In communi vnius marty. Euang. Amen dico vobis conc.3.nu.19.*

Qui appetituum, & paſſionum ſuarum viam ſequitur, Chriſtum ſequi non poteſt. *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangeliſtæ numer. 4.*

Homo non eſt, qui non ratione,ſed paſſione ducitur.*In Aduentu conc.2.purificationis Beatæ Mariæ nu.18.*

Cum appetitus noſtros compeſcimus, debitum quod nobis debemus perſoluimus. *In Dominicali dominica 22.poſt Pentecoſt. conc. 1.num.32.*

Amplificabitur hic locus ex verbo caro. §. carnis rebellio.& §.carnis mortificatio.

Arbitrium hominis, vide Liberum arbitrium,

Arrogantia,vide,ſuperbia.

ASCENSIO CHRISTI.

AScenſionem ſuam in cœlum, Chriſtus peregrinationem appellat: quia ab hominibus recedebat, in quorum emolumentum venerat. *Vide & nota in communi confeſſ. pontif.Euang.homo quidam peregre.&c.conc. 2.num. 4.*

Aſcenſionis Chriſti in cœlum vberes fructus,& maximæ,quæ inde nobis proueniunt vtilitates. *Vide in proprio Sanctorum conc. 2. Aſcenſionis à nu.2.vſq; ad 21. & præcipue nu. 9.vbi latè: & conc.3.ſequenti nu. 26.*

Aſcenſionis myſterium admirabile.*In proprio Sanctorum conc.2. Aſcenſ.nu.14.*

Aſcenſio Chriſti quanta cœleſtium ſpirituum lætitia, & iubilo fuit celebrata. *In proprio Sanctorum conc 2. Aſcenſionis nu. 29.*

Aſcenſio Chriſti in cælum quibus, & quam ſtupendis miraculis fuit illuſtrata. *in proprio Sanctorum conc. 3. Aſcenſionis numer.25.*

Aſcenſio Chriſti firmat noſtram ſpem: quia ſi huius diuini capitis membra viua ſumus,tandem cum ipſo copulabimur. *In proprio Sanctorum conc. 3. Aſcenſionis numero 38.*

Aſcenſionis triumphus glorioſus conſideratur. *In proprio Sanctorum conc.4. Aſcenſionis nu.17.vbi latè.*

Aſſentator,vide Adulator.

Attentio in oratione, vel concione, vide oratio,vel concio.

AVARITIA.

AVaritia plurimorum malorum fons, & oſtium eſt,4. *Quadrag.Dominica 2 feria 6. num. 26. & in commune confeſſ. non pontif.*

Euang. ecce nos reliquimus, &c. conc. 1. num. 24. & in proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi nu. 5 & in Aduent. con. 2. purificationis B. Mariæ nu. 15. & in Dominicali dom. 14. post Pente. conc. 2. nu. 1. & 10.

Auaritia iustitiæ ministros peruertit, & sic rempublicam perdit *2. Quadr. Domin. 1. feria 6. num. 27.*

Auaritia cogit homines plurima mala facere. *1. Quadr. Dominica 4. fer. 2. num. 6. & 4. Quadr. Domin. in Passione feria 6. nu. 9.*

Auaritia in Ecclesiasticis summè execrabilis est. *3. Quadr. Domin. in Passione feria 6. num. 18 & in Dominicali domin. 8. post Pent. conc. 1. num. 8.*

Auaritia vt plurimum cum superbia est coniuncta. *In communi confess. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 1 num. 24.*

Auaritia efficit homines tyrannos, ac crudeles. *In proprio Sanctorum conc. 1. Matth. num. 7.*

Auaritia est morbus ferè incurabilis: quia tempore & ætate, quibus alia vitia frenantur, hoc crescit. *In proprio Sanctorum conc. 1. Matth. nu. 9.* Et quia laboribus & ærumnis, quæ alia vitia mederi solent, auaritia cremen-tum suscipit. *Ibidem num. 10. & in dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. nu. 4.*

Auaritiæ vitio sanctis considerationibus mederi possumus: & quibus. *In proprio Sanctorum conc. Matthæi nu. 11.*

Quam difficulter cor auaritia oppressum curetur. *In Dominicali domin. 16. post Pent. conc. 2. nu. 38.*

Auaritiæ morbus omnes cuiusque status, & conditionis inuasit. *In Dominicali domin. 16. post Pente. conc. 2. nu. 40.*

Auaritia hominem maximè inquietum reddit. *In Dominicali domin. 8. post Pent. conc. 1. num. 5.*

Amplificabitur hic locus ex verbo diuitiæ, bona temporalia, & eleemosyna.

AVARVS.

AVari miseria, & vilis seruitus consideratur, & detegitur. *In communi conf. pontif. Euang. Homo quidam peregrè, &c. conc. 2. nu. 9. & in communi sanctarum mulierum conc. 2. nu. 5. & in proprio Sanctorũ conc. 2. S. Matthiæ nu. 12 & ibi conc. 2. Trinitatis num. 7. & in Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 1. nu. 38. & conc. 2. nu. 19.*

In auaros comminationes Dei stupendæ. *1. Quadr. Domin. 4. nu. 22. & in proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi nu. 7.*

Auari nomen habuit primus qui fuit inter homines præscitus. *2. Quadr. Domin. 2. fer. 6. num. 30.*

Auaros diuitijs suis non frui Deus in pœnam huius peccati permittit. *4. Quadr. conc. 60. num. 30.*

Auarus suis diuitijs in hac, & æterna vita compungitur, & cruciatur. *4. Quadr. conc. 60. num. 30.*

Auari sicut diuitias in peccato lucrantur, ita eas etiam in peccato deperdunt. *4. Quadr. Dom. 2. fer. 6. num. 28.*

Auaros Deus sæpe irridet. *4. Quadr. Dom. in Passione fer. 4. num. 14.*

Auari omnes idololatræ. *In communi confess. nō Pontif. Euang. ecce nos reliquimus, &c. conc. 1. nu. 25. & in proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi. nu. 6. & nu. 18. vbi optimè.*

Auari quot, & quantas difficultates superent, vt aurum inquirant, & comparent. *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. nu. 4.*

Auarus nunquam satiatur. *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. nu. 5. vide circa hoc plurima in verbo, bona temporalia.*

Auari hydropici merito vocantur, quia flagrantissima diuitiarum siti vexantur. *In Dominicali domin. 16. post Pente. conc. 2. nu. 39.* Et tam insatiabili siti, vt pauperum etiam sudores bibere contendant. *Ibidem.*

Auarus habet animam suam venalem, vt minimo quoq; pretio vendat. *In Aduent. con. 1. Andreæ num. 9.*

Auarus raro ad senectutem peruenit: quia lucri desiderio se torquet, ac macerat. *In Aduent. conc. 1. Andreæ num. 9.*

Tanta est auari cupiditas, vt pro re quæ vilissima est, rem tantã qualis est æterna gloria contemnat. *In Dominicali domin. 2. post Pente. con. 1. num. 27.*

Auari quam cæci sunt. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. nu. 60.*

AVXILIVM DIVINVM.

Auxilia suis seruis imp erceptibiliter, & vnde non arbitrantur, Deus impartitur. *2. Quadr. Domin. 3. nu. 35.*

Dei auxilia quam parata sunt, vt iusto opem ferant. *Dominica 2. Aduentus con. 1. numer. 4.*

Cum peccator ex Dei auxilijs fructum capere non vult: omnia illa in malum ei sunt conuertenda. *In Aduent. Domin. 3. post Epiphan. conc. 1. num. 22.*

Licet contra potentissimos hostes bellum spirituale nos infirmi gerimus: maxima tamen auxilia nobis Deus suppeditat, quibus si vti velimus victores euademus. *In Aduent. conc. 1. Stephani num. 28.*

Auxilia necessaria Deus nunquam negat. *In Aduent. conc. 2. Conuersionis Pauli numero 22.*

Auxilij diuini proprium est in maioribus afflictionibus miseris subuenire maioribus auxilijs. *In Dominicali domin 5. post Pascha. conc. 3. num. 32. & ibi Domin. 14. post Pente. con. 1. num. 25.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, vocationes, & inspirationes diuinæ.

B.

BAPTISMVS.

Baptismi fontis virtus ex sanguine in Cruce nostra causa effuso manauit. *In proprio Sanctorum conc. 3. Inuentionis Crucis nu. 11. & ibi con. 4. nu. 9.*

Gratia in Baptismo collata à tota Trinitate procedit: & sic in nomine totius Trinitatis, & non solius Christi baptisma confertur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Trinitatis num. 9.*

Baptisma Ioannis nil aliud erat, quam veri baptismatis Christi exercitatio. *Domin. 3. Aduent. conc. 4. nu. 28.*

BEATITVDO.

Beatitudinis definitio Aristotelis. *In Dominicali dom. 2. post Pente. con. 2. num. 5.*

Beatitudinem non in diuitijs, valetudine, & cæteris fortunæ bonis consistere. *In proprio Sanctorum conc. 3. Inuentionis Crucis num. 14. & ibi conc. 2. Beatæ Mariæ ad Niues, num. 24.*

Beatitudinem in virtutum exercitatione & vitiorum contemptu sapientissimi illi Philosophi collocarunt. *In communi plurimorum marty. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 2. nu. 17. & conc. 1. nu. 16.*

Dei fruitio non parit tædium: imo potius excitat appetitum. *2. Quadr. Domin. Passionis feria 5. num. 30.*

Beatitudo vide etiam in verbo, gloria.

BEATVS.

Beatorum felicitas, dignitas, deliciæ, & inenarrabilis gloria, & pulchritudo cōsideratur. *In communi confess. non pontif. Euangel. sint lumbi vestri, &c. conc. 1. nu. 1. vsque ad 20. vbi latissime, & conc 2. sequenti num. 24. & conc. 3. sequenti nu. 23. & in proprio Sanctorum conc. 2. Philippi & Iacobi nu. 19. & in Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 2. nu. 8. vbi latissime, & ex professo, & Dominica 19. conc. 2. nu. 3. vbi latè.*

Inter Beatos, & Deum; quanta sit animorum vniformitas. *In proprio Sanctorum conc. 4. Ascensionis num. 19.*

Beati suis quisque gloriæ gradibus gaudent. *In proprio Sanctorum conc. 2. Philippi & Iacobi nu. 19.*

Ideo nullus ex beatis alterius gloriam inuidet. *In Dominicali Domin. 2. post Pente. conc. 1. num. 9.*

Iusti, etiam dum hac vita perfruuntur, beati sunt. *In communi plurimorum mart. Euangel. descendens Iesus de monte, &c. conc. 2. num. 14.*

Beati magnam de nobis curam habent *In Dominicali Domin. 20. post Pentecost. conc. 2. num. 6.*

Beati huius sæculi, potius maledicti vocari possunt. *In communi plurimorum martyr. Euangel. descendens Iesus de monte, conc. 2. num. 18.*

BELLVM.

Bellorū victoria Dei est donū: quod ipse cui vult cōcedit. *In cōmuni plurimorum mart.*

mart. Euangel. si audieritis prælia, &c. conc. 1. num. 13.

Bellis & ciuitatum euersionibus, quotidie affligimur propter peccata nostra. *3. Quadr. Dominica 4 feria 2. num 28. vbi late, & feria 4. sequenti nu. 7. & fer. 6. sequenti nu. 12. & in Dominicali dom 9. post Pente. conc. 1. nu. 3. vbi ex professo, & ibi nu. 39.*

Ad victoriam in bellis reportandam, præcipua arma sunt diuina sacramenta diuinique verbi tubam deferre. *2. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 38.*

Vt milites in bellis victoriam reportent, maxime conducit duces & principes bonos esse. *In proprio Sanctorum conc. 2. Bartholomæi nu. 3.*

Victoriam in bellis aduersarij nostri de bonis consequuntur; quia malitiam, & iniquitatem è cordibus nostris per veram pœnitentiam non auertimus. *In Dominicali dominica 17. post Pentec. conc. 1. num. 21. & 2. Quadrag. Sabbatho post dominicam 3. nu. 36. & 3. Quadrag. feria 5. post Cineres nu. 30. & Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 14. vbi latissime, & ex professo, & ibi dominica 9. post Pente. conc. 1. num. 29. & conc. 2. num. 5.* Militum, & ducum huius temporis dissolutio increpatur. *3. Quadr. feria 5. post Cineres nu. 31. & in Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 24.*

Propter peccata populi Christiani victoriā ab ipsis reportant infideles. *2. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 36. & in Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 14 vbi latissime, & ex professo.*

Victoria populi Christiani non in hominum multitudine sita est. *2. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. nu 37.*

Ad victoriam in bellis reportandam simul cum mentis puritate, optimum armorum genus est oratio. *In Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. num. 26 & in communi plurimorum martyr. Euang. si audieritis prælia, &c. conc. 1. nu. 15. & in Dominicali dominica 17. post Pente. conc. 1. nu. 19. & ibi feria 2. in litanijs maioribus conc. 2. nu. 17. vbi ex professo, & latissime, & nu. 25.*

Sanctissimum, & summe meritorium est præsentialiter contra infideles ad præliādum se conferre. *In Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 2. nu. 22.*

Ad victoriam in bellis reportandam excellens armorum genus est præceptorum Dei obseruantia. *In Dominicali feria 4. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 21.*

Bella & infortunia Christianis accidunt, quia concionum quas audiunt, nullam rationem habent. *In Dominicali dom. 9. post Pente. conc. 2. nu. 37.*

Ad victoriam tutiores omnium præparationes sunt, corda voluntati Dei subijcere. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 1. numer. 15.*

Benedicti Abbatis laudes, vide in communi conf. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 2. num. 25.

BENEDICTIO.

Benedictio Dei est bonorum spiritualium elargitio. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ num. 29. in proprio Sanctorum conc. 4. inuentionis Crucis nu. 13. & Dominica 1. Aduentus conc. 3. numer. 28.* Benedictio in sacra scriptura quot modis sumatur. *In Aduent. conc. 1. Dominicæ infra octauam Natiuitatis num. 17.*

§. BENEDICTIO IN *mensa.*

Benedicere cibos ante prandium antiquissima cōsuetudine approbatum est. *3. Quadr. Dominica 4. num. 36.*

Non benedicere cibos ante prādium plurimorum malorum solet esse causa: *quæ vide 2. Quadr. Dominica 4. num. 33.*

BENEFACERE.

Benefacere inimicis, vide inimicus. §. inimicorum dilectio, & §. rationes, &c.

Nunquam est benefaciendum vni, alterius damno. *In proprio Sanctorum conc. S. Ioseph num. 20.*

Inter alia ob quæ Christus venit in mundum, fuit, vt doceret nos benefacere his, qui nobis malefaciunt: *vide & nota Dom. 4. Aduent. conc. 1. nu. 6.*

Oppor-

Opportunitatem ad benefaciendum iusti semper inquirunt, sicut mali ad male faciendum. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 3. numer 3.*

Reliqua quæ huc spectant vide verbo, eleemosyna, & verbo misericordia.

§. BENEFICIA DEI IN nos collata.

EX beneficijs Dei occasionē sumere ipsummet benefactorem offendendi maximum scelus est. *3. Quadr. Dominica in Passione fer. 6. num 8. & 2. Quadrag. eadem feria num. 10. & in Dominicali dominica 12. post Pentecost. conc. 1. nu. 18. & in communi confess. non pontif. Euangel. homo quidam nobilis conc. 1. nu. 20 vbi latè. & in communi virginum conc. 3. num 2. & in communi Sanctarum mulierum Euang simile est regnū cœlorum thesauro, &c. conc. 2 num. 7. & in Aduent. Dominic 3. post Epiphan. conc. 2. nu 36 & in Dominicali domin. 15. post Pente, conc. 2. nu. 6 & ibi dominica 22. conc. 2 nu. 26.*

Semper cum magnum aliquod beneficium Deus pollicetur; seuerissima statim minatur supplicia, quia homines Dei misericordia obdurescere solent. *In Aduent. conc. 2. Thomæ nu 25.*

Ex præteritis Dei beneficijs ad futura speranda serui Dei occasionem accipiūt. *4. Quadrag. Dominica 4. nu. 22.*

Beneficia promissa Deus aliquando differt, vt petentis ea valor, atque excellentia cognoscatur. *2. Quadrag. Dominica 1 feria 5. num. 17.*

Atque vt maiora eis beneficia conferat. *2. Quadrag. Dominica 1. fer. 5. nu. 27.*

Ad petendum, & accipiendum beneficia à Deo redditur homo indignus per peccatum. *1. Quadr. dominica 3. fer. 2. num. 11.*

Malitia hominum eo deuenit, vt ex Dei beneficijs condemnationis suæ occasionem desumant. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 1. nu. 19.*

Diuinorum beneficiorum memoria amorem Dei excitat, & incendit. *In Aduent. conc. 2. Circuncisionis nu. 25 vbi latè.*

Deus maxima voluptate afficitur quando beneficia hominibus confert. *In Aduent. Dominica 3. post Epiphaniam conc. 2. numer. 30.*

Quando quis ex beneficijs Dei deterior redditur, in miserrimum statum deuenit. *In Aduent. Dominica 3. post Epiphaniam conc. 2. num. 31.*

Beneficiorum Dei recordatio valde efficax est ad nostram sanctificationem; & ad alia plurima summè vtilis. *In Aduent. conc. 2 Purificationis B. Mariæ nu. 4. de qua vide plura verbo, contemplatio.*

Amor est fons, & origo omnium beneficiorum, quæ quotidie in nos Deus confert. *In Dominicali Dominica 3 post Pascha conc. 1 num 2.*

Beneficia Dei in nos collata quam immensa sint. *In Dominicali Dominica 8. post Pente. conc. 2. nu 17.*

Qui beneficijs Dei vti non vult, iusto Dei iudicio à bonis etiam naturæ denudatur: sic multi sunt Christiani nec gentium quidem virtutes habentes. *In communi confess. non pontif. Euangel. homo quidam nobilis, conc. 1. nu. 22.*

Maiora beneficia Dei sunt nobis terribiliora iudicia, nisi ex eis fructum percipere velimus. *In proprio Sanctorum conc. 1. exaltationis Crucis nu. 12.*

Ad conferendum in nos beneficia, summa cum celeritate: ad puniendum verò pedetentim, & quasi inuitus accedit Deus. *3. Quadr. conc. septuagesimæ nu 22.*

Deus in conferendis beneficijs nos præuenit. *4. Quadrag. Dominica 4. feria 4. nu. 23. & in proprio Sanctorum conc. 2. inuentionis Crucis nu 9 vbi optimè.*

Deus in eos qui ipsum offendunt maxima solet beneficia conferre, vt ad ipsum conuertantur. *2. Quadrag. Dominica 4. Aduentus conc 2. num 6*

Ex acceptis beneficijs solent homines ipsi Deo bellum inferre. *3. Quadrag Dominica 1. feria num. 31.* Et beneficia in maleficia conuertere. *In communi virginum conc. 3. nu. 2. & in Aduentu dominica 3. post Epiphaniam conc 1. nu. 22.*

Beneficia à Deo accepta proximis communicare debemus. *In Aduentuali conc. 2. Thomæ*

Thomæ Apoſtoli nu.12.

Diuina beneficia ſemper ante oculos habenda, & memoria tenenda. *In Aduentuali conc.1.Ioannis Euangeliſtæ num.12.& conc.3. nu.5. vbi latè.*

Maximum beneficiũ nobis confert Deus denegans ſæpe quod petimus: & quare. 2. *Quadrag. Dominica 2. feria 4. nu. 23.*

Deum aliquem videre eſt illi beneficia conferre. *In Aduent.conc.3. Andreæ nu.1. vbi latè.* Hæc Dei viſio quam vberes beneficiorum & donorum fructus nobis pariat. *In Aduent. conc. 1. Andreæ nu.24.& conc.2.nu.12. vbi latiſſimè,& conc.3.nu.2.*

Deus, vt ſua in nos beneficia conferat, non merita noſtra, ſed immenſam ſuam clementiam ſpectat: homo vero nulli benefacere ſolet ſine propria vtilitate: *Domin. 4. Aduent. conc.3.num.4.*

Benefacere alicui abſque propria vtilitate, eſt vna ex præſtantioribus virtutibus. *Dominica 4. Aduent.conc.2.nu. 5.*

Beneficiorum Dei gratitudo, & ingratitudo, vide in verbo gratitudo.

Beneficia Dei in particulari cõſultius duxi ſuo quæq; loco ſpeciatim digerere, quam hic omnia ſimul confuſa, ieiunaq; oratione percurrere.

§. BENEFICIA ECCLEſiaſtica.

Beneficia curata ſiue Eccleſiaſtica indignis conferre, & quam grandis, & quam periculoſa iniuſtitia ſit. *3. Quadrag. Dominica 2. feria 6.nu 22.*

Cum hæc beneficia habeant curam animarum annexam, quam grauia ſint onera, vide verbo, prælatus. §. de graui prælaturarum pondere.

Hoc loco attexere licet plura quæ habes in verbo Eccleſiaſticus.

Benignitas, vide manſuetudo, & miſericordia.

BLASPHEMIA.

Blaſphemiæ peccati grauitas detegitur, & conſideratur. *2. Quadrag. Dominica Paſſionis nu 42.& in communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc.1.nu.8.*

Blaſphemiã cõmittis cum minoris Deum æſtimas quam res huius mundi: & vt illas adipiſcaris, ipſum contemnis. *In proprio Sanctorum conc.4. feria 2. Veniæ num.5.*

BLASPHEMI.

Blaſphemi nullam excuſationem in die iudicij habebunt: & quare. *2. Quadrag. Dominica Paſſionis nu.39.*

Blaſphemi quam acerbis ſupplicijs à Deo puniantur. *In Aduent.conc. 3. Circumciſionis num. 3.*

Blandiri alijs, vide, adulator.

BONA SPIRITVALIA, & cœleſtia.

Bona ſpiritualia appellantur in ſacra ſcriptura, bona abſolutè, & per eccellentiam: ac temporalia non abſolutè, ſed cum addito. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 5.num.15.*

Qui ſpiritualium bonorum guſtum percipere incipiunt, temporalia cuncta bona aſpernantur. *3. Quadrag.Dominica 4. feria 6. num. 5.*

In bonis ſpiritualibus comparandis maxima diligentia adhibenda eſt. *4.Quadrag. Dominica 1. feria 6. num. 18. Idem argumentum proſequimur in verbo, Animæ ſalus; vbi plura vide quæ huc ſpectant.*

In bonis ſpiritualibus acquirendis opportunam occaſionem prætermittere quam malum ſit. *4. Quadrag. Dominica 1. feria 6.numer.20.*

In bonis his æternis comparandis, Deus ſolum expoſcit, vt tantam pro ipſis adhibeamus diligentiam; quantam pro temporalibus adhibemus. *In communi Sanctarum mulierum conc.3.num.19. vide etiam de hoc, verbo pigritia.*

Bona ſpiritualia amore ardentiſſimo proſequenda, temporalia verò contemnenda. *In communi plurimo. martyr. Euang. deſcendens Ieſus de monte conc.2. nu. 9.*

Maxime dolendum eſt quod ſpiritualia lente-

lente & desidiose homines petunt: temporalia vero anxie. *In Dominicali Domin. 5. post Pascha conc 3. nu. 19.*

Bona & voluptates spirituales fortes & cōstantes homines reddunt; carnales vero voluptates molles & effæminatos efficiunt. *In Dominicali dominica infra octauam Ascensionis conc. 3. nu. 15.*

Plurima quæ ad bona spiritualia spectant, inuenies sequenti capite de bonis temporalibus.

BONA TEMPORALIA. PER bona temporalia intelligimus diuitias seculares, honores, valetudinem, prosperitatem, voluptates, & denique harum rerum quarumlibet affluentiam.

BOnis his temporalibus cum gaudemus, atq; in prosperitate sumus; & benefactorum nostrorum obliuiscimur, & in summum etiam benefactorem nostrum Deum ingrati sumus *3. Quadr. Dominica 2. num. 17.*

Bona temporalia nimio amore prosequi, est vna ex clarioribus coniecturis quæ haberi potest, quod quis in peccato moriturus sit. *3. Quadr. Dominica 2. fer. 2. nu. 17.*

Bonorum temporalium contemptus alijs miraculis est mirabilius. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 20.*

Bona temporalia dedit Deus abundanter priscis veteris legis patribus; in figuram spiritualium diuitiarum, quas in lege gratiæ affluenter largiturus erat. *In proprio Sanctorum conc 3. omnium Sanctorum nu. 20.*

Qui bona temporalia quærunt, aliqua ratione ipsum etiam Deum quærunt: rationem vide 3. *Quadrag. Dominica in Passione feria 2. nu. 11.*

Vt bona hęc terrena vili, cælestia vero maximi pendamus; per speculum fidei hæc, & illa contemplari oportet. *In proprio Sanctorū conc. 2. Philippi & Iacobi nu. 21.*

Qui temporalibus bonis affluunt, magni coram mundo, & hominibus sunt, non coram Deo: quæ misera magnitudo, & vana est. *In proprio Sanct. con. 2 Ioan. Baptistæ n. 21.*

Cur bona hæc temporalia cūm vana sint, tamen vere bona esse existimemus? *In proprio Sanctorum conc. 2. Philippi & Iacobi numer. 21.*

Facilè illis est bona hæc terrena despicere, qui omnem suam spem in cælestibus bonis collocatam habent. *In proprio Sanctor. conc. 1. Philippi & Iacobi nu. 13.*

Bonorum temporalium affectionem abijcere, & ea omnino floccipendere debes, vt diuina cōsilia tibi prosint. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 16.*

Quem vera libertas delectat, ab amore horum mutabilium bonorum liber esse appetat. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 23.*

Dux noster Iesus Christus, eos tātum milites eligit qui ex bonis temporalibus necessaria solum sumunt. *In Aduent. conc. 3. Circumcisionis num. 17.*

Bonorum temporalium amissio non tam sentienda, sed potissimum spiritualium deperditio deploranda. *In Aduent. Domin. 4. post Epiphan. conc. 2. nu. 30.*

Bonorum temporalium cupiditas sensus peruertit; & alia plurima mala facit, quæ late prosequitur. *In Aduent. conc. 3. Purificationis B. Mariæ nu. 4.*

Temporalium rerum amorem affectionemq; à vobis expellere conamini, vt Spiritus sanctus ad vos veniat. *In Dominicali dom. 4. post Pascha conc. 3. nu. 19.*

Deus solet nos hisce terrenis nobis priuare, vt amorem quo ipsam terram diligimus, totum in Deum transferamus. *In Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 28.*

Propter nostra peccata solet Deus hisce bonis priuare, & terræ sterilitate nos punire. *In Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 28. vbi latè, & ex professo.*

Vt prosperitate & temporalium affluentia sciamus bene vti, solet Deus illam cum afflictione, & laboribus coniungere. *In Dominicali dom. infra octauam Ascensionis conc. 1. num. 10.*

Bona, & diuitiæ temporales etsi legitimè possideantur, si inordinate executioni mandentur, bonorum spiritualium fastidium gignunt. *in Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 1.*

conc.1.num 22.

Cælum attentè inſpice, vt bonorum temporalium affectionem in illo conijcias,& colloces. *In Dominicali Dominica 11. poſt Pente. conc.2. nu 32.*

Multo maius beneficium Deus in eum cõfert à quo ſitim temporalium aufert,quam ſi ipſa temporalia affluenter conferret. *In Dominicali Dominica 14. poſt Pente. conc.2. num.48.*

Stultum eſt aliquem honorare propter eius proſperitatem, & bonorum temporalium abundantiam. *In Dominicali Dominica 20. poſt Pentecoſt. conc. 2. numer. 45. vſque ad 55.*

Poſtquam per peccatum, procella in huius mundi mari exorta eſt, qui ijs temporalibus onuſti nauigant,in magno verſantur periculo. *In proprio Sanctorum conc.3. omnium Sanctorum num.19.*

Maxima cum formidine, & temperantia bonis huius ſæculi vtendum eſt. *In communi conf. non pontif. Euangel. ecce nos reliquimus, &c. conc.4. nu. 16.*

Quia bonis, & turpitudinibus huius ſeculi vehementer intendimus, ideo Dei vocibus non reſpondemus. *In proprio Sanctorum conc. 2. exaltationis Crucis nu.18.*

Bona temporalia non æſtimantur niſi ab illis qui ſpiritualia, & æterna non guſtant. *In communi Sanctarum mulierum conc.2. numer.8.*

Nunquam homo ſatis bonis temporalibus, mundoque, & eius voluptatibus renunciat,niſi poſtquam gaudia ſpiritus cœpit deguſtare. *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. nu.18.*

Bona temporalia quam parui Deus æſtimet, colligitur ex eo quod communiter ij, quos Deus odit,maximique peccatores ſunt, iſtis bonis abundant. *In proprio Sanctorum conc.1. S. Matthiæ nu 21.*

Temporalia non temere & ſine vlla conſideratione admittenda & accipienda: ſed matura deliberatione. *In proprio Sanctorum conc. 2 incarnationis num. 26.*

Terrenarum rerum deſiderio teneri, ſignum eſt conſcientiæ corruptæ, & deprauatæ. *In proprio Sanctorum conc.2. incarnationis numer. 25.*

Temporalia hæc ſi alicui pietatis operi adhærent, ad cælum vſque aſcendunt: ſi vero vanitati deſeruiunt,per terram ſerpunt. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum num. 22.*

Legis gratiæ obſeruatores omnia temporalia bona conculcantes per huius ſeculi mare tranſire debent. *In proprio Sanctorum conc. 3 omnium Sanctorum nu. 22.*

Vt Deum ſequamur, temporalia omnia, quæ maximo oneri,& impedimento ſunt, deponere plurimum refert. *In Aduent. conc.2. Andreæ nu.25.*

Temporalia ſumma ſolicitudine, diuina vero ſegniter à nobis fiunt. *In Aduent conc. 3. conceptionis B. Mariæ num.19 & 1. Quadr. Dominica 1 feria 4 nu 6. & 3. Quadr. dominica 1. feria 6. num. 15.*

Periculoſior, & maior perſequutio Eccleſiæ ſunt voluptates huius ſeculi. *Dominica 4. Aduent. conc 3 nu.15.*

Temporalia, à Deo petenda ſunt: ſed modeſtè; non minis: & conditionatè, non abſolutè. *In Aduent. Dominica 2. poſt Epiphaniam concio.2. numer. 30 & Dominica 3. ſequenti conc.1. nu 35. & in Dominicali dominica 5. poſt Paſcha conc.1. n.22. vbi latè. & conc. 3. num. 31.*

Aliquibus ad maiorem ipſorum confuſionem bona temporalia Deus concedit. *In Aduent. Dominica 2. poſt Epiphaniam conc. 2. num.33.*

Si vt iuſtum eſt Deum diligeremus, confeſtim temporalia omnia flocci penderemus. *In Dominicali domin.2. poſt Pentecoſt conc.1. num 13.*

Aliqua quæ huc ſpectant, vide in verbo diuitiæ.

§. RATIONES, ET CONSIDE- *rationes efficaciſſimæ, ad commouendum homines ad bonorum temporalium cõtemptum; atque in ipſorum tædium, detecta eorum miſeria, & vanitate impellendos.*

RATIONES.

PRima ratio. Quia bona temporalia animã adimplere,& ſatiare non valent: nec animæ ſitim

ſitim extinguunt, quin potius illam adaugent. 1. *Quadrag. Dominica 3. feria 6. nu. 23. & 2 Quadr. eadem feria nu 23. & 1. Quadr. dominica in Paſſione feria 2 nu. 18 & 3. Quadrag. Sabbatho poſt Dominicam 2 nu. 22. & Dominica 3 ſequenti feria 6 nu & 4. Quadr. Dominica 3 feria 6. nu. 26 & in cõmuni Sanctarum mulierum conc 2. n. 6 & ibi conc. 4 nu. 2 vbi latè. & in proprio Sanctorum conc. 4 viſitationis B. Mariæ numer. 8. & num. 22 vbi latè: & in proprio Sanctorum conc. 1. Iacobi num 22. vbi latè: & Dominica 3. Aduent. conc. 2. numer 11. & in Aduent. conc. 4. Epiphaniæ num. 10.*

2. Ratio, quia bona temporalia immoderate bibita amentiam excitant. 3. *Quadr. Dominica 2 feria 4. nu 24.*

3. Et quia affluentia bonorum temporalium; & proſperitas huius ſeculi eſt maximè periculoſa. 3. *Quadrag. Dominica 2. feria 4. num 32. & 4. Quadrageſ. Dominica 1. feria 6. num. 21.*

4. Et ex miſeria, & inconſtantia bonorum, & voluptatum, & honoris huius ſeculi: quæ detegitur & conſideratur. 3 *Quadrag. Dominica 2. feria 6. nu. 9. & 3 Quadrag. Sabbatho poſt Dominicam in Paſſione numer. 20. & 4. Quadrag. conc. ſeptuageſima nu 31. & ibi Dominica 1. Quadr. feria 6. nu. 21 & 4. Quadr. Dominica in Ramis nu 5. & Dominica 2. Aduent. conc. 2. nu. 10.*

5. Quia bona hæc temporalia cariſſimè comparatur, & difficulter. 3 *Quadr. Dominica 3. feria 6. nu. 18.*

6. Et quia qui temporalia hæc contemnit, diſpoſitus eſt ad perfectionem Chriſtianam. *In communi plurimo. martyr. Euang. deſcendens Ieſus de monte, &c. nu 16.*

7. Et quia omnia hæc bona interius vacua ſunt, nec quicquam, præter exteriorem apparentiam habent. *In communi plurimo. martyr. Euangel. cum audieritis prælia, &c. conc. 1 nu. 8. nihilq́, in ipſis veri & ſolidi ineſt. 4. Quadrag. Dominica in Ramis nu 15.*

8. Ratio, & quia bonorum temporalium cupiditas impedit quominus rationis, & intellectus radij animam illuſtrent: & ita ipſam cæcam reddit. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 19.*

9. Et ex breuitate, mutabilitate, & inſtabilitate bonorum temporalium: quæ perpenditur, & detegitur. *Quadrag. Sabbatho poſt Dominicam Paſſionis num. 20. & Dominica 2. Aduentus conc. 3 nu 10 vbi latè, & in Dominicali dominica 24. poſt Pentecoſt. conc. 1. num. 2. & 8.*

10. Et quia quamuis voluptates huius ſeculi nunc ſuaues videantur, mortis tamen tempore amariſſima, & laborioſiſſima iudicabuntur. 4. *Quadr. conc ſeptuageſ. nu 32 & in communi conf & pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia conc. 1. nu 9.*

11. Et quia vniuerſa temporalia quibus acquirendis homo ſtudet vaniſſima ſunt. 4. *Quadrag. conc. Cinerum num. 11 vbi egregiè, & optimè, & in communi plurimo. martyr. Euangel. cum audieritis prælia, &c. conc. 1. nu. 7. & in Dominicali dominica 23. poſt Pentec. conc. 2. num. 11.*

12. Quia bona temporalia contemnere eſt ſingularis charitatis effectus. *vide, & nota in communi plurimo. Mart. Euang. deſcendẽs Ieſus de monte, &c. conc. 1. nu. 21.*

13. Vniuerſa hæc bona temporalia ſimul cum hac breuiſſima vita pereunt. *In Dominicali Dominica 3 poſt Paſcha conc. 3. num. 21. & in communi confeſſ. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia conc. 1. num. 10. & ibi conc. 2 num. 12.*

14. Quia bona hæc temporalia renuntiare oportet ad beatitudinem conſequendam: *vide, & nota in communi plurimo. martyr. Euangel deſcendens Ieſus de monte, &c. conc. 2 nu. 16. & in communi dedicationis Eccleſiæ conc. 2. num. 6.*

15. Et quia vniuerſa hæc temporalia plurimi Ethnici philoſophi contempſere, & reliquere. *In communi confeſ. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia concio prim. nu. 21.*

16. Quia quo quis temporalibus bonis expeditior fuerit, melius ſpirituale ædificium erigere poterit. *In communi confeſſ. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. concio tertia nu 16. vbi latè, & in communi dedicationis Eccleſiæ conc. 2. nu 6.*

17. Quia bona temporalia impediunt ne homo ſuo creatori ſicut decet obſequatur. *In communi Sanctarũ mulierum conc. 2 nu 7.*

18. Quia si temporalia hæc vilipendimus, proculdubio quietudine in hac vita perfruemur. *In proprio Sanctorum conc.1. Philippi & Iacobi num 33.*

19. Quia etiam si illa adipiscaris, non ob id magis lætus viues: quo enim plura ex ipsis obtines, eo plura amplius exoptas. *In proprio Sanctorum conc.4. Visitatio Beatæ Mariæ numer.8.*

20. Quia bona omnia temporalia nihil sunt. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi nu. 2.* quæ omnia nihil esse, manifeste nobis constaret, si rerum diuinarum contemplationi incumberemus. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi num. 3. & in Dominicali dominica 4. post Pente. conc.1. num.23. & ibi Dominica 23. conc 2. num.6.*

21. Quia temporalia omnia nos excæcant, sicut fumus. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi num.4.*

22. Quia bona temporalia ad gaudium, & fœlicitatem, vitæ etiam huius parum iuuant. *In proprio Sanctorum conc.1. B. Mariæ ad Niues num.24.*

23. Quia ijs, qui in hac temporali vita hisce terrenis bonis affluunt, solet hæc abundantia, & prosperitas in miseriam, & inopiam, in futura æterna vita commutari. Qui vero in hac eis sunt destituti, illa inopia in futura vita vertitur in prosperitatem. *3. Quadr. Domin. 2 feria 5. nu 34.*

24. Quia bona hæc temporalia cras finienda sunt, & relinquenda, vide, & nota hanc rationem. *3. Quadr. Sabbatho post Dominicam in Passione nu.19. vbi latè: & in communi confess. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia conc.1. n.10. & ibi conc.2. nu.12. In Dominicali dom.15. post Pente. conc.2. nu.15 & Dominica 23. conc.2. num 7.*

25. Quia ex plurimis qui insatiabili siti temporalia procurant, pauci illa consequuntur; reliqui vero omnes delusi remanent: & multo magis qui illa comparant. *4. Quadrag. Domin 1. fer.6. nu.20.*

26. Quia bona hęc terrestria mēdacia sunt. Et ipsa suismet possessoribus demonstrant, quam parum valoris, & voluptatis habeant. *4. Quadr. Domin. 1 fer.6 nu.21.*

27. Quia bonis his temporalibus distracti inferni tormenta non pertimescimus. *3. Quadrag. Domin. in Passione fer.2. nu. 10.*

28. Quia secularia hæc bona, & honores fugere; cùm vitam simul, & animam perdant, nobis præcepit Christus. *3. Quadr. Domin.2. fer.6. num.12.*

29. Quia terrestria hæc diligere ingentis infidelitatis est; cum in terra hac peregrini simus. *In communi confess. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc 2. nu.7.* Et cum ad cęlum, & non terram simus creati. *In communi doctorum conc.4. nu.22.*

30. Quia omnia tēporalia bona adeo vilia sunt, vt domus Dei stercora habeantur. *In communi confes. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc.2 nu.10.*

31. Quia quemadmodum voces non sunt obiectum oculorum, nec colores auditus; nec illis gaudent: ita, imò multo minus terrena hæc bona sunt obiectum nostræ animæ: nec ipsis gaudet, aut reficitur. *In cōmuni Sanctarū mulierum conc.4. nu.2. vbi latè.*

32. Ne rebus his temporalibus inebrieris, sed potius illas contemnas, earum finem considera. *In communi plurimo. marty. Euangel. cum audieris prælia, &c. conc.1. nu.2 vbi latè, & in proprio Sanctorum conc. 1. fer. 2. Pente. num.14. & Dominica 2. Aduent conc 3 num. 10. & in Dominicali infra octauam Ascensionis conc.12. n.1. & in Dominicali dom. 2. post Pente. conc. 1. nu. 4. & Dominica 24. conc.1. nu. 2. vbi ex professo.*

33. Considera quam periculosa sit prosperitas huius seculi. *3. Quadrag. Dominica 2. feria 4. num 32 & 4 Quadr. Dominica 1 fer. 6. num. 21.*

34. Quia cautius est vana hæc bona relinquere, antequam ab eis deseramur. *In proprio Sanctorum feria 2 Pente. conc.1. nu. 14. & Domin. 2. Aduent. conc.3 nu.12.*

35. Considera quod rerum omnium creator Christus, nec nascens cunas, nec viuens domum, nec moriens lectum, nec mortuus sepulchrum habuit. *In Aduent. conc. 1. Natiuitatis nu. 24. vsq; ad 30.*

36. Quia in his voluptatibus quies non inuenietur. *In Aduent. conc 4. Ioannis Euangelistæ nu 26.*

37. Quia Deus vult Christianos tanquam adue-

aduenas,& peregrinos esse in hoc mundo, animum ab his rebus temporalibus semotum habentes. *In Aduent. conc.3.Innocentium nu. 5. vbi latè.*

38. Et quia ijs, qui in hac vita temporalibus bonis saturantur, prohibet æternam beatitudinem gustare. *In Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 1. nu. 6.*

39. Et quia hæc bona temporalia sunt causa discordiæ, & diuisionis inter parentes, filios, consanguineos, & amicos. *In Dominicali domin. 13. post Pente. conc. 2. nu. 29.*

40. Et quia nihil tibi proderũt in die mortis. *In Dominicali dom. 14. post Pente. conc. 2. nu. 10. vbi latè.*

41. Considera quot, & quantas afflictiones in medio harum diuitiarũ ac mundi prosperitatum habes. *In Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 2. nu. 14.*

42. Considera bona hæc, quæ tanta solicitudine inquiris, esse velut lapsum quo in plurima peccata & inde in infernum labaris. *In Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 2. num. 16.*

43. Quia huiusmodi deliciæ, quæ tam pulchræ foris apparent; intus lethali animarum veneno refertæ sunt. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc. 2. nu. 27.*

44. Quia hæc prosperitas in imagine pertransit. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 2. nu. 61. & ibi Dominica 23. conc. 2. nu. 6. vsq; ad 14.*

45. Perpende breuitatem bonorum temporalium, simul cum æternitate tormentorum, quæ propter ipsorum inordinatum vsum pati debemus. *In communi plurim. marty. Euang. cum audieritis prælia, &c. conc. 1. in 6. & in Dominicali dom. 3. post Pascha con. 1. num. 26.*

46. Considera hæc omnia temporalia Deũ nostris pedibus subiecisse, vt abiecta calcaremus: nos autem ipsa super nostra capita collocamus, eorumq; serui reddimur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi nu. 3.*

47. Ne propter bona temporalia Deum derelinquas, considera in vna stateræ parte terrestria omnia collocata esse; in alia vero parte gloriæ æternæ gaudia, ac inferni tormenta: imò infinitam Dei bonitatem, & pulchritudinem constitutam esse. Si ergo hæc propter illa relinquis, plus illa ponderis apud te habent. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi num. 6.*

48. Bona temporalia quasi iam sint præterita æstimanda sunt, cum certò sciamus celerrimè esse transitura. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam Passionis num. 18. & 20. vbi latè.*

Per locum à contrario præfatas omnes cõsiderationes, & rationes, accommodare poteris ad hominum animos in cælestium bonorum amorem inflammandos.

§. CONTRA INEXHAVSTAM *terrestrium sitim, nimiamq; bonorum temporalium solicitudinem.*

PRædictis rationibus, & considerationib9 generalibus, has adde specialiter contra nimiam solicitudinem, & insatiabilem bonorum temporalium sitim.

Prima. Quia nimia temporalium solicitudo maximè nociua est, quod vel ex eo colligitur, quòd Christus aliqualiter per exaggerationem reprehẽdere videtur solicitudinem etiam erga res pias. *Vide in proprio Sanctorum conc. 2. assumptionis B. Mariæ num. 30.*

2. Quia nõ ad hanc rem tam vanam, tamque inutilem, qualis est solicitudo bonorum temporalium, homines creati sunt: sed ad amorem, & fruitionem Dei obtinendam. *3. Quadr. Dominica 4. num. 17.*

3. Quia temporalis hæc solicitudo appellatur à Spiritu sancto peccatum gentium: quo nomine solent in sacra scriptura nuncupari grauissima peccata. *3. Quadrag. Dominica 4. num 9.*

4. Quia Deus diligentissime tibi ipsi, & vniuersæ tuæ familię prouidebit. *3. Quadr. Domin. 4. nu. 13 & in Aduent. Domin. 1 post Epiphan. conc. 2. nu 13 & in Dominicali dom. 14. post Pente conc. 2 nu 38 vsq; ad 46.*

5. Solicitudinem rerum, & euentum huius seculi vitabimus, tranquilleq; viuemus si iugiter consideramus nil nobis siue diuina dispẽsatione contingere. *In proprio Sanctorũ conc. 1. D. Francisci num 36.*

6. Ne soliciti sitis earum rerum quæ tantopere salutem vestram impediunt. *In communi confess. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 1. nu 9.*

7. Solicitudo nimia bonorum temporalium est vnum ex malorum nostrorum fundamentis. *In Aduent. Dominica 1. post Epiph. conc. 1. nu 40.*

8. Hæc cupiditas bonorum temporalium, homines ad æterna desideranda impedit. *In Dominicali Dominica 2. post Pentec. conc. 1. num 22.*

9. Hæc nimia solicitudo à fidei nostræ confessione maximè dissentit. *In Dominicali Domin. 14. Pente. conc 2. nu. 41.*

10. Quorsum tam solicitè temporalia curas, siquidem omnipotẽs Deus de illis curam habet, & pro te solic tus est? *In Dominicali Dominica 23. post Pentecost. conc. 2. numer. 26.*

§. VOLVNTARIA TEMPORAlium bonorum abdicatio, & renunciatio.

Bonorum temporalium voluntaria abdicatio & renunciatio, altissima & magni meriti est. *In proprio Sanctorũ conc. 2. omnium Sanctorum num 21.*

Hæc voluntaria abnegatio diuino amore corde maximè fulcit. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum nu. 25.*

Hæc est adeo sublimis & rara virtus, vt Christus illam in initio, quasi omnium caput locauerit. *In proprio Sanctorum conc 3. omniũ Sanctorum num. 15. Idem argumentum persequemur in verbo paupertas spiritus, vbi aliqua huc spectantia inuenies.*

Eos qui ab amorem Dei in hac vita temporalia bona reliquerunt, non tantùm Deus in alia vita gratificat, sed in hac etiam maximis muneribus afficit. *In communi confess. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 4. nu. 19.*

Non sufficit temporalia omnia relinquere, sed Christum vera eius vitæ ratione eius sequi est necessarium. *In Aduentuali conc. 1. Andreæ num. 29.*

Non sufficit te vniuersa temporalia renunciasse: sed requiritur tuam propriam voluntatem, & veterem hominem relinquere. *In Aduẽt. conc. 4. Andreæ nu 25. & in communi vnius mart. Euangel. Amen dico vobis conc. 3. num 16. vbi latè.*

Plura quæ ad voluntariam temporalium abdicationem spectant vide verbo, paupertas spiritus.

C.

Cantus orationis vocalis, vide oratio vocalis.

Captiuitas, vide, vincti in carcere.

Capitula, vide concilia.

CARO.

Carnales tentationes, vide luxuria.

Carnalis amor, vide luxuria,

Carnis Passiones, vide verbo appetitus.

Carnis peccatum, vide luxuria.

§. CARNIS INCLInatio.

Carnis inclinatio nunquam est ad bonum. *1. Quadrag. conc. Cinerum num. 13. & Dominica 4 sequenti feria 6 numer. 19.*

Cum carnis instigationes periculosiores sint, maxima instantia Spiritus sancti fauor ad eas vincendas est postulandus. *In Dominicali Dominica 21 post Pentecost. conc. 2 numer. 35.*

Caro inclinata facilè spiritum flectit, 4. *Quadr. Dominica 3. num 5.*

§. CARNIS REBELLIO.

Carnis rebellio orta est ex rebellione protoparentis nostri: in pœnam ipsius delicti. *1. Quadr. Dominica 2 feria 2. num. 3. & in communi vnius mart. Euangel. Si quis vult venire post me, &c. conc. tertia num. 16.*

Caro in iustis etiam viris, qui eam domare conantur, rebellis, & immunda esse solet. *In Dominicali Dom. 17. post Pente. conc. 1. nu. 14.*

Carnis mortificatio, & castigatio, quam necessaria. *In Dominicali domin.10.post Pent. conc.2.nu.19.vbi latè.*

Reliqua quæ huc spectant, vide verbo appetitus hominis.

§. CARNIS MORTIFICATIO, *& castigatio.*

CArnis mortificatione Spiritus sanctus nos adiuuat. *1.Quadoag. Dominica 4. num. 25.*

Carnis mortificatio, & proprij corporis castigatio quam necessaria,& vtilis.*In proprio Sanctorum conc.2.B.Mariæ ad Niues num.11.* (*amplificabitur hic locus ex verbo, pœnitentia, vbi plura inuenies,quæ ad hunc locum accommodari possunt.*)*& Dominica 4. Aduent. conc.3.num.14. vsq; ad 22 &c.in Dominicali dom.10.post Pente.conc.2.nu.20.*

Caro nostra est instrumentum quo à diabolo superamur, ideo illam assiduè mortificare debemus. *In proprio Sanctorum conc.3. Michaelis nu.20.* sicq; quæ antea Satanæ erat instrumentum,iam spiritus redditur auxiliatrix,*ibid.nu.21.*

Carnis Passiones mortificandæ,eruendæ, & frænandæ,vt cum Christo glorificemur.*In communi vnius mart.Euang.Amen dico vobis conc.3.nu.15.*

Sensualitati vires addunt, qui corpora sua delicatè tractant. *3. Quadrag. Sabbatho post Domin.2.nu.9.*

Semper carnis mortificationi intendendũ, & nunquam eius simulationi credendum. *3. Quadr.Domin.1 nu.27.*

Amplificabitur hic locus ex verbo appetitus humanus.

CASTITAS.

CAstitas est via rectissima ad impetrandam sanitatem.*In communi Virginum conc.2.nu.12.*

Castitas,ieiunio,oratione,& intra domum reclusione conseruatur. *3. Quadr. Domin. 4. fer.nu.26. vbi optimè.*

Casti esse magnis tenentur Christiani, quam cæteræ mundi nationes. *In communi Virginum conc.1.nu.10.*

Castitas multo magis (quod lachrymabile est) obseruabatur priscis, quam nostris temporibus. *In communi Virginum conc. 2. num.12.*

Nulla est laus, quæ satis dignè hominem castum, & continentem laudare valeat. *1. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. numer.12.*

Si puros & castos nos cõseruare volumus, cum castis & puris conuersandum est. *In Aduent.conc.3.Ioannis Euangelist.numer. 21. & 24.*

In hominibus pretiosissima res est castitas. *In Aduent. conc. 3. Ioannis Euangelistæ numer.12.*

Sola castitas non sufficit nisi cum alijs virtutibus sit coniuncta.*In Aduent.conc.3.Ioannis Euang.nu.23.*

Plura quæ ad hoc caput pertinent ex verbo,luxuria,hic adiungenda putamus, vbi latius hoc argumentum persequimur.

Cœlestia bona vide in verbo, bona spiritualia.

Cœlum, vide gloria.

CAEREMONIAE *sanctæ.*

CÆremoniæ sanctæ Ecclesiæ ad virtutum interiorum conuersationem plurimum conducunt. *In proprio Sanctorũ conc.2.B Mariæ ad Niues n.29. & in Dominicali domin.10.post Pentecost. conc.1.numer.34.*

Cæremoniæ Ecclesiæ,& religionum æstimandæ sunt.*In Dominicali dom.10.post Pent. conc.1.nu.33.*

CHARITAS.

CHaritas magis, ac prius exercenda in propinquos,quam in remotos.*1 Quadrag.fer.5.post Cineres nu.8.& 3.Quadrag.fer.5 post Cineres nu.9.& in Dominicali domin.12.post Pent.conc.1.nu.39.& ibi dominica 18.conc.1.nu.2.*

Charitatis ordo necessario est obseruandus.*In Dominicali dom.12. post Pente.conc.1. num.*

num. 39.

Charitas omnium virtutum præstantior est: rationem *vide 3. Quadr. fer. 5. post Cineres num. 2.*

In charitate magis, quam in alijs omnibus virtutibus perfectio Christiana consistit. *4. Quadr. fer. 6. post Cineres nu. 10. & 1. Quadr. conc. in cœna Domini nu. 15.*

Sine charitate nullæ virtutes Deo placent. *In communi Virginum conc. 3. nu. 16.*

Christiani ab alijs gentib⁹ per charitatem sunt distinguendi. *4. Quadr fer 6 post Cineres num. 16.*

Ad charitatis conseruationem maximè necessaria est vrbanitas. *In proprio Sanctorum conc. 1. Visitationis B. Mariæ nu. 19.*

Charitatis viscera erga proximos habere, & singulari zelo dimouendi peccatores à suis peccatis æstuare, est vnum ex manifestioribus signis animæ à Deo prægnantis. *In proprio Sanctorum conc. 4. nu. 9.*

Si charitatem veram haberemus, proximorum necessitates, vt proprias sentiremus. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 1. num. 21. & in proprio Sanctorum conc. 2 Visitationis B. Mariæ nu. 22 vbi optimè, & Domin. 2. Aduent. conc. 4. nu. 2 & nu. 11.*

Vt charitas ampliaretur, Deus voluit nullum hominem esse adeo perfectum quin ei aliquid desit. *In communi confess pontif Euangel. Homo quidam peregre, &c. conc. 1. n. 2. vbi latè & optimè.*

Charitas efficit, vt tam bona quàm mala nostrorum proximorum, ac si nostri sint æstimemus, & sentiamus. *In proprio Sanctorum conc. 1. Ioannis Baptistæ numer. 10. vbi optimè: & Dominica 2. Aduent. conc. 4. numer. 2 & 11.*

Vnus ex præcipuis charitatiui amoris effectibus, est alienarum calamitatum effectuosa compassio. *In proprio Sanctorum conc. 1. D. Francisci nu. 20.*

Charitas omnibus alijs virtutib⁹ formam præbet. *Vide & nota rationem. In Dominicali dominica 17. post Pentecost. conc. 2. numero 48.*

Quamuis cætera omnia præcepta seruentur, nisi adsit charitas, lex plena non est; sed veluti vas vacuum. *In Aduent. conc. 1. Andreæ numer. 21.*

Si charitatem haberemus, nulla ob proximorum fœlicitatem torqueremur inuidia. *In Aduent. conc. 3 Natiuitatis nu. 24.*

Perfectio Christiana essentialiter in charitate consistit, licet parfectionis Christianæ manifestatio in multis diuersarum virtutum actibus sita sit *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 1. nu. 28.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, amor Dei, & proximorum, vbi accuratè collegimus plurima quæ ad hunc locum pertinent: latissimusque ibi à nobis de hac re instituitur sermo. Vide etiam in verbo, misericordia, vbi aliqua inuenies quæ huc spectant.

CHRISTVS.

Christi gloria non in armis, & cohortationibus, sed in hominum animis ad se alliciendis, & à sceleribus semouendis sita est. *In proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis B. Mariæ nu. 8.*

Quod vt Christum de hominum memoria tollerent Iudæi fecerunt; hoc Deus tanquam medio vsus est, vt Christum exaltaret, & subleuaret. *In proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis nu. 20.*

Christi similitudinem nobis imprimi curare debemus: & quæ illa sit. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 4. nu. 4.*

Christum in omnibus sequi debemus, si ipsius diuinorum bonorum hæredes esse volumus *In communi vnius martyr. Euangel. Si quis vult venire post me, &c. conc. 1. numero quart. & concio. secund. sequent. numer 23 & in communi vnius martyr Euang. Amen dico vobis, &c. conc. 1. numer. 22. & in Aduentu conc secund. Ioannis Euangelistæ numer 3. vbi latè.* Vt ipsum sequamur. *Vide singulares considerationes. In communi vnius mart. Euangel. Si quis vult venire post me conc 3. num. 1. vsq; ad nu. 13. vbi optimè, & in Aduent. conc. 3. Andreæ nu. 23.*

Christus quare mirabili illo triumpho ingredi voluit Hierosolymam. *1. Quadr. Dominica in Ramis nu. 1.*

Christo nolebant Pharisæi fidem adhibere ne cogerentur peccata sua relinquere. *Vide*

& no-

& nota 4 Quadrag. Dominica in Passion fer. 4. num. 8.

Christus statim ac natus fuit, vir perfectus fuit. *In Aduent. conc. 1. Innocentium numer. 2.*

Ex Christi in Ægyptum fuga vberrima nobis vtilitas consequuta fuit. *In Aduent. conc. 1. Innocentium nu 20.*

Christum sapientia in dies proficere dicit sacra Scriptura: quia magis ac magis sapientiam suam in dies manifestabat & reuelabat. *In Aduent. Dominica 1. post Epiphaniam conc. 2. numer. 17. vbi ex professo.* Vel proficiebat sapientia experimentaliter. *Ibid. num. 26.*

Quando à Christi societate separatos nos esse putamus, quantum plorare debeamus. *3. Quadrag. Sabbatho post Cineres numer 3.*

Christus in instanti suæ Conceptionis habuit perfectissimum rationis vsum, & sapientiam. *Dominica 3 conc. 1. nu 4. & conc. 2. numer. 26.*

Voluit Christus ex peccatoribus originem ducere, vt confidenter peccato ab eo tanquã à suo filio opem ferat. *In Aduent conc. 4. Conceptionis B Mariæ nu. 14.*

Christus fuit hominum ministerio totus dicatus. *In Aduent. Domin 5 post Epiphaniam conc 1. nu 9.*

Christi adoratio. Vide adoratio.

Christi Aduentus. Vide incarnatio Christi, vide etiam Aduentus.

§. CHRISTI ERGA nos amor.

Magis Christus dilexit animam nostram, quam sanguinem suum, quandoquidem illum pro ea abundantissime effudit. *In Dominicali dominica 2. post Pascha. conc. 2. nu 23.*

Ardentissimo nostri amore Christum flagrasse, vel ex eo colligitur, quod acerbissima illa omnia, quæ pro nobis passus est, exigua esse illi videbantur. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 1 numer. 4 & num. 12. vbi late, & ibi Dominica 3. post Pente. conc. 2. num 30.*

Amor Christi fuit fons omnium beneficiorum nostræ redemptionis. *1. Quadr. conc. in cœna Domini nu. 19.*

Amor Christi erga nos summus fuit. *2. Quadr. conc. in cœna nu 20 & 3 Quadr. Dominica 4 feria 3 nu. 2 & Dominica in Ramis sequenti nu 3. & con. in cœna eiusdem. 3 Quadrag. nu 3. vsque ad 11. & 4. Quadr. Dominica 3 fer. 6. num. 6.* Qui amor semper à nobis est meditandus. *4. Quadrag. Domin 3 feria sexta num. 6.*

Christus maiora amoris erga nos indicia in morte dedit. *4. Quadrag. conc. in Cœna num 20. & in communi Apostolorum conc. 1. num. 24.*

Christus tam singulari amore oues suas prosequebatur, vt necessitatem & salutem suarum ouium, suam esse ac propriam reputaret. *In Dominicali Dominic. 2. post Pascha. conc. 3. num. 27.*

Tanta amoris teneritudine Christus nos prosequebatur, vt quando ad cœlestia etiam regna ascendebat, se peregrinari diceret: quia à nobis recedebat, nosque in hoc mundo relinquebat. *In communi confessorum pontificum. Euangelium, Homo quidam peregre, &c. conc. 2. num. 4.*

Christi amor erga nos quantus, & qualis fuerit: *vide & nota in communi Apostolorum conc. secund. nu. 8 & in communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis &c. conc. 1 nu 14.*

Christus tam intenso amore prosequitur animam Christianam, vt in manibus suis eam descriptam, & impressam gerere dicat. *In proprio Sanctorum conc. 2. Ascensionis numer. 11.*

Amore nostri Christus sæpe fatigatus erat pro salute hominum. *2. Quadr. Domin 3 fer. sexta num 11.*

Tanto dilectionis nostræ ardore Christus flagrabat, vt totus vtilitati hominum fuerit dicatus. *2 Quadr. conc. quinquagesima nu. 29. & 4 Quadr. Domin 1 nu 5.* Et omnino de nobis fuerit datus. *In proprio Sanctorum feria 2. Pente. conc. 1. nu 9.*

Christus plus Ecclesiam suam amat, quã ab ea amatur. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis num 18.*

Christi erga nos amor tantus est, vt eam suam

suam horam appellet, qua in nos aliquod magnum collaturus est beneficium. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 3. num. 25.*

Plura quæ huc spectant, Vide verbo, amor. §. amor Dei erga nos.

Ascensio Christi, Vide litera A. in verbo, Ascensio.

§. CHRISTI ACCVRATA *salutis animarum diligentia.*

CHristus, quam maximam curam, & solicitudinem de salute animarũ nostrarum habeat. *In Dominicali domin. 2. post Pascha conc. 2. nu. 3. & ibi Dominica 3. post Pente. conc. 2. nu. 26. & 28.*

Quam ex proposito nostræ salutis res agebat. *In communi plurim. mart. Euang. Descendens Iesus conc. 1. nu. 8.*

Insatiabili lucrandarum animarum siti Christus æstuabat. *3. Quadr. Domin. 4. fer. 3. nu. 2.* adeò vt ad homines sanctificandos nihil intentatum reliquerit. *4. Quadrag. Dominica secunda, feria 6. numer. 8. & in Dominicali dominica 3. post Pentecost. conc. 2. numer. 14.*

Christi protectio qua nos mirabiliter tuetur, ac protegit; amplificatur & consideratur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis num. 4.*

Christus nunquam promouendæ salutis humanæ officium intermisit. *3. Quadr. Dominica 3. feria nu. 31. & in Dominicali dom. 15. post Pente. conc. 1. nu. 22.*

Ad Christum curet accedere quilibet, quacunque spirituali ægritudine sit affectus. *In Dominicali dominica 3. post Pente. conc. 1. num. 11.*

§. CHRISTVS CAPVT ECCLESIÆ, & de influxu eius in membra.

A Christo accepimus omnem gratiam, & virtutem. *In communi vnius mart. tempore Paschali conc. 1. nu. 9.*

Quæcunque bona possidemus, & possidere speramus, omnia per Christum nobis aduenere. *In proprio Sanctorum feria 3. Pentecost. conc. 1. numer. 12.* Vbi de gratitudine etiam quam debemus circa hoc habere optimè edisserit.

Christi circumcisio. Vide, Circumcisio.

Christi conceptus. Vide in verbo, Incarnatio.

CHRISTVS VT DEVS, ET DE *Christi diuinitate.*

CHristi diuinitatis euidens argumẽtum erat, oculos cæcis, pedes claudis, &c. in pristinam salutem restituere. *3. Quadr. Dominica 4. feria 4. nu 37. & 3. Quadr. feria 4. Dominicæ Passionis nu. 29.* & mortuos resuscitare. *3. Quadr. Dominica 4. feria 6. num. 16. & Dominica 2. Aduent. conc. 1. nu. 27. & in Aduent. Dominica 2. post Epiphan. conc. 4. nu. 2. & in Dominicali domin. 18. post Pente. conc. 2. nu. 32.* Potissimum tamen (inter alia) Christi diuinitatis argumentum fuit ipsius Christi resurrectio, & de quo vide in verbo, resurrectio.

Christus in quantum Deus non fuit mortuus. *4. Quadr. conc. quinquagesimæ nu. 9.*

Christus quia Deus erat, peccare non potuit. *1. Quadrag. Domin. in Passione num. 7. & 2. Quadr. Domin in Passione nu. 2. quibus locis alias etiam inuenies rationes ob quas peccare non potuit.*

Christi diuinitatem euidenter ostendebat modus, quo Christus faciebat miracula: imperando, scilicet non deprecando. *Domin. 2. Aduent. conc. 1. nu. 27.*

Christi diuinitatis euidens testimonium fuit, ipsum in mundum tam supremum donum, quale est Spiritus sanctus, misisse. *In Dominicali domin infra octauam Ascensionis conc. 1. nu. 19.*

Et cogitationes cognoscere. *In Dominicali dom. 18. post Pente. conc. 2. nu. 20.*

DEFECTVS, QVOS CHRISTVS *in humana natura assumpsit.*

DEfectus qui nobis vt mereamur adiumento sunt, Christus assumere voluit, vt nos

vt nos redimeret: non tamen eos qui impedimento fuit. *In Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 27.*

CHRISTVS DOCTOR, ET DE doctrina Christi.

CHristus doctoratus lauream accepit à patre æterno. *In proprio Sanctorum nu. & in Dominicali dom. 20. post Pent. conc. 2. nu. 11.*

Christus statim ac natus fuit nos docere & prædicare cœpit. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis num. 20.*

Christus docebit alios virtutes eas prius in se exercens. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis num. 24.*

Christus homo factus est, vt nos erudiret: & vt præceptor noster esset. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis nu. 2. & conc. 3. Circuncisionis num. 3.*

Nisi prius à Christo edocti fuissent homines, nequaquam iustificationis, nec redemptionis ipsius participes fierent. *In Aduent. Dominica 5. post Epiphaniam concio. 1. numero 14.*

Deus dedit nobis filium suum, non solum, vt esset redemptor: sed etiam vt esset doctor. *In Dominicali dominica 8. post Pente. conc. 2. num. 2.*

Dolores Christi, tribulationes, & afflictiones, vide verbo, passio Christi.

Christi incarnatio, vide verbo, Incarnatio Christi.

CHRISTVS MEDIATOR DEI, & hominum.

SI Christum propitiatorem coram patre æterno mundus non haberet, forsitan sæpe desolatus fuisset. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pente. conc. 1. nu. 27.*

MERITA CHRISTI.

IN Christi meritis spes omnis gentis saluandæ fundatur. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pente. conc. 2. nu. 3 & in Dominicali domin. 9. post Pente. conc. 1. nu. 26.*

Merita Christi quam infinita. *In Dominical. dominica 8. post Pentecost. conc. 1. numero 11.*

Ex eo quod Christus meruit nobis primam gratiam, quantum ei debeamus. *In Dominicali domin. 31. post Pentecost. conc. 2 numer 40.*

Christus non meruit animæ suæ gratiam, & gloriam. *1. Quadrag feria 3. Resurrectionis num. 16.* corporis tamen gratiam, & gloriam mereri oportuit, *ibidem.*

Miracula Christi. Vide verbo miracula, vide etiam supra in §. de Christi diuinitate.

Mors Christi. Vide verbo, Passio.

Natiuitatis Christi. Vide Natiuitas, & Incarnatio.

§. CHRISTI NOMINA.

CHristus multis nominibus voluit in sacris literis nuncupari, ad insinuanda multa beneficia quæ in nos contulit. *In Dominicali dom. 2. post Pascha conc. 3. numer. 8.*

Agnus. Christum Euangelistæ, & Prophetæ Agnum vocarunt, vt eius mansuetudinem denotarent. *In proprio Sanctorum conc. 2. Matthæi nu. 22.*

Lux. Christus lux totius mundi fuit, sed pauci eâ potiuntur. *1. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 4. numer. 2. vbi ex professo, & 3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 4. nu. 5. & num. 20.*

Manus. Christus cur manus appelletur. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis num. 3.*

Ostium. Christus fuit ostium per quod omnia bona ad nos intrarunt. *In proprio Sanctorum feria 3. Pente. conc, 2. nu. 2.*

Si quilibet ex iustis merito porta cœli dicitur; quanto potiori iure titulus hic Christo aptatur, per quem omnes iusti tanquam per ostium cælum intrant? *In proprio Sanctorum feria 3. Pente. conc. 1. nu. 11.*

Pastor. Bonus pastor potuit Christus appellari, quia oues suas optimis pascuis, & alimentis pascit. *In Dominicali dominica 4. post Pente. conc. 1. nu. 7.* Idque diligentissimè efficit, (*ibi conc. 3. post Pascha nu. 5.*) & quia oues

suas accuratissimè seruat. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc.1. numer. 8. & ibid. conc.3. numer.5.* Sed non propter has causas bonus Pastor voluit vocari, sed quia pro ouibus suis vitam posuit: quia hoc præclarum opus apertius præ cæteris manifestauit. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc.1. num 9.*

Christus, quam diligentissimus pastor fuerit. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc.2. num 4.*

Cum cæteri pastores carnibus ouium suarum vescantur, pijssimus hic pastor oues propria carne pascit. *In Dominicali domin.2. post Pascha conc.2. nu 5.*

Christus, vt diuinus pastor suæ sustentationis obliuiscebatur, vt oues suæ spirituale pabulum reciperent; & hoc cibum suum esse dicit. *In Dominicali dom. 2. post Pascha conc. 3. num.4.*

Christus tam singulari amore oues suas prosequebatur, vt necessitatem, & salutem ipsarum ouium, suam esse reputet. *In Dominicali dom.2. post Pascha conc 3. nu.27.*

Christus officium ouis, & Pastoris opere, & verbis nos docuit: atque vnum ex præcipuis, ob quod in mundum venit, fuit, vt hæc duo officia nos exequi doceret. *In Dominicali dom.2. post Pascha conc.3. nu.2.*

Christus à diaboli vnguibus oues suas liberat. *2. Quadrag. Dominica Passionis fer. 4. num 37.*

Pater. patris nomen sibi Deus attribuit, & maximè illi conuenit. *3. Quadr. conc. septuagesimæ nu.17.*

Rex. Christus est verus rex omnium creaturarum. *4. Dominica in Ramis nu.19.* Et cur specialiter rex hominum dicatur. *4. Quadr. Domin. in Ramis nu 26.*

Sponsus. Amorem quo Deus nostras animas prosequitur, optimè ipse Deus explicat, cum se earum sponsum dicit. *In cõmuni Virginum conc. 4. nu. 4.*

Quas conditiones requirat diuinus Sponsus in anima cum qua sponsalia debet celebrare. *3. Quadrag. Sabbatho post Domin. 3. num.29.*

Via. Christus cur via dicitur. *In proprio Sanctorum con.2. Philippi & Iacobi nu.22.*

Vitis. Verbum diuinum postquam homo factum est, & non antea, vitis vera vocatur: quia tunc & non antea nostræ naturæ erat. *In communi vnius mart. tempore Paschal. conc. 1. num. 8.*

Et quia ex tunc multo plura, & maiora beneficia in nos contulit. *In Dominicali dom. 6. post Pente. conc.1. nu 2.*

Christus vitis vera appellatur propter veram similitudinem, quam habet cum naturali vite: & quia eius proprietates habet. *In cõmuni vnius mart. tẽpore Paschali conc. vna. num.9. vbi ex professo.*

§. CLARISSIMA CHRISTI opera, & vita: & quod vitam nostram ad ipsius normam effingere studeamus.

CHristus, & bene operari, & artem rationemque bene operandi nos docuit. *3. Quadr. conc. in cœna num. 18.*

Christi vita perpetuò à nobis est meditanda, & memoria tenenda. *4. Quadr. Domin. 5. fer. 6 nu 3.*

Christus est perpendiculum, & regula qua metiri, & examinare debemus omnes nostras actiones. *In proprio Sanctorum conc 1. Inuentionis Crucis nu. 15.* Eique in omnibus operibus nos debemus conformare. *1. Quadr. Domin. 4 feria 2. nu. 19.*

Estque exemplar, quod imitari possumus, & tenemur. *In Aduentuali conc. 3. Andreæ nu.22. & 4 Quadr. Dominica in Passione feria 4. num.28.*

Etsi Christi singula opera superna sint admiratione dignissima, ex ipsis tamen simul consideratis alia multo sublimior atque mirabilior resultat admiratio. *Vide & nota in proprio Sanctorum conc. 1. Exaltationis Crucis nu 3 vbi optimè.*

Omne bonum nostrum pẽdet ex eo quod Christum in omnibus imitari, & similes esse curemus. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc 1. nu 2. & 6.*

Christum imitari est, opera nostra, & cor nostrũ cũ eius operibus & corde conformare. *In Dominicali domin.15 post Pente. conc.1. nu. 6. vbi latè explicat quid sit hæc conformitas.*

Christi

Christi Passio. Vide verbo, passio Christi.

Christi prædestinatio. Vide verbo, prædestinatio.

Christus Redemptor. Vide in verbo, redẽptionis beneficium.

Christi resurrectio. Vide verbo, resurrectio.

Christi satisfactio. Vide in verbo passio Christi.

Christi sudor sanguineus. Vide in verbo, Passio Christi.

§. CHRISTI TENTATIO.

TEntari se Christus permittit, vt aliam occasionem vtendi misericordia cum tentatis atque prolapsis haberet: propter tentationem, quam in se fuit expertus. *4. Quadr. Dominica 1. nu. 11.*

Et vt nos erudiret, quomodo tentationes vincere, & quibus armis debeamus. *4. Quadrag. Dominica 1. num. 13. vbi latissime. & 3. Quadr. Dominica 1. num. 18. & 1. Quadr. Dominica 1. nu. 15.*

Cur Satanas Christum gula prius tentauit. *4. Quadr. Domin. 1. num. 26.*

Diabolus Christum tentauit omnibus quadraginta diebus. *4. Quadrag. Dominica 1. num. 29.*

§. CHRISTI IN TEMPLVM oblatio.

CHristi in templum oblatio fuit donum quo tamen Dei ira placari potuit. *In Aduent. conc 1. Purificationis B. Mariæ nu. 4. vbi ex instituto.*

Christus voluit, etsi ille legi non erat adstrictus, in templum offerri, vt munus suum inciperet exequi. *In Aduent. conc. 1. Purificationis B. Mariæ nu. 16.*

Et vt nos doceret non solum inferiores, sed ipsos etiam legislatores suis legibus obligari. *In Aduent. conc. 1. Purificationis B. Mariæ num. 23.*

§. PRAECLARAE CHRISTI virtutes, & imperuestigabiles ipsius diuitiæ.

IN Christi humanitate omnes illas virtutes quas nos habere præcipit, scripsit: vt ex ea velut exemplari illas trãscribere possimus. *In Aduent. conc. 3. Andreæ num. 21.*

Christus ne virtutes nobis asperæ, & difficiles redderentur, eas omnes prius ipse molliores reddere voluit, in se ipso exercens. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis nu. 24.*

Christi charitas, vide in verbo, Christi erga nos amor.

Clementia Christi, perpenditur, & consideratur. *2. Quadr. fer. 4. Dom. Passionis nu. 39.*

Christi humilitas, Consideratur, & extollitur. *2. Quadr. conc. in Cœna nu. 28.*

Christus est verum humilitatis exẽplar. *1. Quadr. Dominica 2. fer. 3. nu. 21. & 23.*

Christi mansuetudo, Consideratur & extollitur. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 4.*

Quam mansuetè Christus respondebat his qui illum odio prosequebantur. *In Dominicali dom. 17. post Pente. conc. 2. nu. 31.*

Christi misericordia, consideratur & extollitur. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc. 1. nu. 42. vbi ex professo.*

Christi obedientia, consideratur & extollitur. *In Aduent. conc. 1. Andreæ num. 26. & ibi Domin. 1. post Epiphan. conc. 4. nu. 32.*

Obedientia Isaac, singularis inter cæteras est obedientiæ Christi figura. *2. Quadr. fer. 2. Resurrectionis nu. 41.*

Obedientia Christi quam perfectissima. *3. Quadr. Dominica 3. fer. 5. nu. 15.*

Obedientia Christi erga patrem quanta. *4. Quadr. Dominica in Passione fer. 4. nu. 11. vbi ex profess.*

Christi cibus obedientia est. *In Aduent. conc. 2. Circumcisionis nu. 13.*

Christi patientia, exaltatur, & consideratur. *1. Quadr. Domin. in Passione fer. 4. nu. 37. & 3. Quadr. Domin. 4. fer. 3. nu. 34. & in Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 4.*

Ex Christo discamus habere patientiam. *3. Quadr. Dominica 4. fer. 3. nu. 34. & in proprio Sanctorũ conc. 4. inuentionis Crucis n. 16.*

Cibi & potus intemperantia, & temperantia, vide gula.

CINERES.

CIneris ceremoniâ quare vtatur Ecclesia initio Quadr. vide causas. *1. Quadr. cõc. Ciner.*

Ciner.nu. 22. & 2. Quadrag.conc.Cinerum, nu.5.vsq. ad 17.vbi plurimæ adsunt causæ, pro quo vide etiam 3. Quadragesim. Dominica 4 feria 4.num.34.& 4.Quadrag. conc. Cinerum num 16.

Cineres hi cur sint ex illis ramis palmarũ qui præterita Quadragesima fuerunt benedicti.*3.Quadr.conc.Cinerum, nu.3.*

Cineres super capita sua iniiciebant patres veteris testamenti ad placandum Deum: & quare.*3.Quadr.conc. Cinerum, nu 5.*

CIRCVNCISIO.

CIrcuncidi voluit Christus, vt obedientiam, paupertatem, & humilitatem docendo: superbiam & inobedientiam prosterneret. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis num.1.& conc.2.nu.12. & conc.3.num.3. vbi latissimè.*

Et vt nos spiritualem Circuncisionem doceret,*conc.4. Circuncisionis nu. 8.* Et vt nos à dura illa, & molesta Circuncisionis lege liberaret. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis num. 11.*

Et propter alias causas quas adducit, *conc. 2.Circuncisionis nu.16.&conc.3.nu.15.*

Inter cætera Christi opera quibus eius humilitas magis elucet, fuit Circuncisio,*conc. 1.Circuncisionis nu.5.*

Et in Circuncisione plusquam in cæteris operibus, peccati suscepit similitudinem,*concio.1.Circuncisionis num.6.& conc.2. num. 8. vbi latè.*

Cur in baptismo nunc, & olim in Circuncisione nomen imponitur,*conc.1. Circuncisionis num.22.*

In Circuncisione Christi magis quam alibi vsquam diuinitas eius fuit abscondita, *conc.2 Circuncisionis nu.6.*

Vna inter alias Circuncisionis causas hæc erat, vt Hebræi à Gentilibus Idololatris distinguerentur,*conc.2.Circuncisionis nu.16.*

Cur corporis Circuncisionem non gladio ferreo, sed lapideo, Deus fieri iussit, *conc.4. Circuncisionis nu. 8.*

In Circuncisione Deus petebat animæ potius quam corporis superfluitates circuncidi: & ideo tam maximum præmium pro Circuncisione promisit. *In Aduent.conc.4. Circuncisionis nu. 4.*

Annum suum Ecclesia à Christi Circuncisione orditur: quia per eam renouationis nostræ, & spiritualis Circuncisionis significatur initium,*con. 3.Circuncisionis nu.4.*

Spiritualis Circuncisio est etiam his temporib⁹, & erit vsq; ad vniuersalis iudicij diem necessaria,*conc.2.Circuncisionis nu.21.*

De hac spirituali Circuncisione,vide plura à nobis collecta verbo, appetitus, & verbo, carnis mortificatio.

De Circũcisione bonorum temporalium, vide verbo,bona temporalia.

*Circunstantiæ,*Humanorum actuum,vide verbo,opera.§.operum circunstantiæ,& conditiones.

B. Claræ Laudes, vide *in communi Virginum conc.4.num.27.*

CLAVSVRA.

CLausura omnibus, sed præcipuè virginibus est maximè necessaria. *In Aduent.cõc.1.Expectationis B. Mariæ nu. 25.& ibi conc.4.Thomæ nu.4.*

Quod maximam clausuram habeant virgines.*In proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis num.17.*

Clausura est optimum ad vitanda mala remedium. *In Aduent. conc. 4. Thomæ numer.5.*

Clementia. Vide misericordia, clementia Christi, vide Christus.

COGITATIO.

COgitationem nostram in re aliqua continere absque distractione, quam difficile. *In proprio Sanctorum conc.1. Ascensionis nu.3.*

§. COGITATIO MALA.

COgitationes malæ sunt fons malorum nostrorum: è contra vero cogitationes bonæ. *2. Quadrag.conc.quinquagesimæ num. 18. In Dominicali domin. 18.post Pente.conc.2.num. 23.*

Qui vult ne vlterius peccata progrediantur,statim eorum caput in cogitatione scindat: cogitationem protinus diuertendo ad

Christum crucifixum. *In proprio Sanctorum conc.2.dedicationis Michaelis num. 4.*

Cogitationes malæ omni cura, & diligentia statim abigendæ sunt. *In Dominicali domin.6.post Pente.conc.2.num.5. & ibi Dominica 18.conc. 2. nu. 27.*

Cogitationes malæ sunt fons, & origo multorum malorum. *In Dominicali domin. 18 post Pente.conc.2.nu.24.*

Cogitatio bona, vel rerum cœlestium, Vide verbo, contemplatio.

COGNITIO PROPRIA.

COgnoscere seipsum summe necessarium est. *In proprio Sanctorum conc.3. Petri & Pauli nu. 1.*

Hæc propria cognitio, Dei est donum. *In proprio Sanctorum conc. 3. Petri & Pauli numer.3.*

Altissima cognitio est, se ipsum cognoscere. *In Aduent.con.2. Andreæ nu.4.vbi latè,* & difficillima est. *Ibid.num 5.vbi latè.*

Magnum malum est, vt ea cognitione, quam Deus nobis, vt nos ipsos cognosceremus, dedit, in aliorum peccatis cognoscendis vtamur. *In Aduent.conc. 1. Ioannis Euangelistæ num. 11.*

Colloquia cum bonis vel malis, vide in verbo, conuersatio.

Comessationes, vide in verbo, gula.

Conceptio B. Mariæ, vide in verbo, Maria virgo.

CONCILIVM.

IN concilijs, capitulis, & congregationibus, depositis passionibus & partialitatibus, publica vtilitas est consulenda. *1. Quadrag. Dominica 4. nu.3.*

CONCIO.

COnciones audire quã sit necessarium. *In proprio Sanctorum conc.3. Ascensionis num.18. & ibi conc.1. Assumptionis B Mariæ nu. 14. & in Dominicali domin. 11. post Pente conc.1. nu. 10.*

Concionum nostri temporis exiguus fructus causa est obduratio, & obstinatio, ad quam hodie peccatores peruenerunt. *In communi Doctorum conc 4.num.9.*

Non sufficit, conciones audire, sed requiritur custodire, & exequi ea, quæ in ipsis præcipiuntur, & dicuntur. *In proprio Sanctorũ conc. 2.B.Mariæ ad Niues nu. 19. vbi latè optimè, & 2.Quadr Dominica in Passione nu. 26. & fer.2.eiusdem Dominicæ nu. 32. & 3. Quadr. Domin.in Passione nu. 25.*

Vt conciones cum fructu audiamus, diuinum auxilium exposcere debemus. *In proprio Sanctorum conc.1. Matthæi nu.28.*

Peccatores conciones oderunt, quia in eis tanquam in speculo deformitates suas aspiciunt. *In communi Doctorum conc. 4. numero 29.*

Conciones audire signum est prædestinationis. *2. Quadrag. Dominica in Passione numero 26.*

Sæpe popularibus, & simplicibus hominibus conciones proficiunt: raro tamen primarijs, literatis, & Ecclesiasticis: & quare *3. Quadrag. feria 2. Resurrectionis nu. 23.*

Prædicationis fundamentum debet esse sacra scriptura. *In Aduentuali con.2. Andreæ. num.7.*

Qui conciones non audiunt, non exaudiuntur à Deo tempore mortis. *4. Quadr. conc. sexagesimæ nu.8.*

Conciones ex se sunt summè fructiferæ. *4. Quadr. conc sexagesimæ nu. 15.*

Concione deteriores reddi, aut ex eis nullum fructum capere lethale signum est. *1. Quadr. Dominica 4. feria 3. nu. 4 & in communi plurimor mart. Euang. Cum audieritis prælia, &c conc 2.num.20 in Dominicali dominica 22 post Pente.conc.1. num.10. & conc. 2 num.12.*

Conciones reddunt inexcusabiles peccatores. *4 Quadr. conc. sexagesimæ nu. 16 & in communi plurimor. mart. Euang. cum audieritis prælia, &c. conc 2. nu. 20.*

Post concionem quid auditores debeant facere. *1. Quadr. Sabbatho post Domin 3 nu 6. & dominica 4 sequenti fer. 3. n.13. & 3. Quadrag. conc. sexagesimæ nu.12.*

Ex concionibus fructum nolle capere quã grandis in Deum ingratitudo. *In communi Euangelistarum conc. 2. num. 6* Propter quam solet

solet Deus à nobis auferre veros verbi diuini concionatores. *Ibid. nu. 7.*

Conciones audire ad impetrandam fidem est necessarium. *3. Quadrag. conc. sexagesimæ num. 10.*

Diabolus prætendit à concione nos auertere, & quod concionatori non credamus. *3. Quadrag. Domin. 3. num. 6.*

Concionandi necessitas. *1. Quadr. Domin. 4. fer 3 & 3. Quadr Dominica 4. fer. 3. n. 6. & in communi Euangelistar. conc. 1. nu. 2.*

Contra eos qui conciones non audiunt, horribiles Dei comminationes. *In Dominicali dom 6 post Pente. conc. 1. nu 5.*

Homines ex eo, quod diuinum verbum audire nolunt, sæpe fidem amittere solent. *In Dominicali domin. 11. post Pente. conc. 1. n. 11.*

§. *QVO AFFECTV, ET STVDIO concionibus interesse; & quam diligenter ad ipsas accedere debeamus.*

EX indispositione audientium solet concio non prodesse. *In Aduent. Domin. 6. post Epiphan. conc. 1. nu. 8.*

Ad conciones accedere animo notandi concionatorem, quam magna peruersitas. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis B. Mariæ nu. 20.*

Ad cœlestem concionum Doctrinã cum fructu, & vtilitate audiendam pia affectio diuinæ doctrinæ est necessaria: quæ cum Dei sit donum, instanter ab ipso petenda est. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis B. Mariæ nu 15.* Hanc piam affectionem habere est signum valde manifestum diuinæ prædestinationis. *ibid. nu. 17.*

Vt concionum cœlestis doctrina sine attentione, affectu, & deuotione audiatur, in grauissimam peccatorum pœnam aliquando Deus permittit. *3. Quadrag. conc. sexagesimæ num. 5.*

In concionibus audiendis nobilium negligentia optimè increpatur. *3. Quadr. Dominica in Passione nu. 28.*

Conciones Euangelicę quo spiritus feruore, & quanta reuerentia, gaudio, auiditate, & tremore sunt audiendæ. *1. Quadrag. conc. sexagesimæ nu. 12. & 1. Quadr. Dominica 2. fer. 3. nu. 9. & 3. Quadr. Domin. 4. feria 3. nu. 18. & in proprio Sanctorum conc. 2. Philippi & Iacobi nu. 13. Dominicali domin. 4. post Pentec. conc. 1. num. 2. vbi ex professo, & latissimè, & conc. 2. num. 22.*

Ignauia, qua ad cõciones audiendas Christiani nunc accedunt consideratur, & increpatus. *In communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte. &c. conc. 2. num. 2.*

In cõcione quomodo auditores se debent habere. *1. Quadr. Domin. 4. fer. 3. nu. 11.*

Quia conciones pleriq; audiunt, vt videãt quomodo prædicetur, non vt efficiant quod prædicatur: ideo nullum ex cœlesti doctrina fructum percipiunt. *Domin. 3. Aduent. conc. 4. nu. 21.* Et ij maximam Dei verbo iniuriam arrogant, *ibi. nu. 23.*

Quas in concione collegisti gemmas diligenter cura conseruare. *In Aduent. Dominica 1. post Epiphan. conc. 4. nu. 12.*

Vt ex concione fructum vnusquisq; percipiat, quod omnibus prędicatur sibi ad id prędicari vnusquisque existimet. *In Dominicali domin. 4. post Pascha conc. 4. nu. 21.*

In affectione vel tepiditate qua diuina verba audis cognoscitur aliquo modo an sis iustus vel peccator. *In Dominicali domin. 4. post Pente. conc. 1. nu. 9.*

Adhoc vt diuina eloquia diuinas in cordibus vestris efficiant operationes, maxima dispositione ad illa audienda accedendum est. *In Dominicali domin. 4. post Pente. conc. 1. nu. 11. & ibi Dominica 18. conc. 1. nu. 7.*

Maxima quiete, & tranquillitate verbum Dei audiendum est. *In Dominicali domin. 4. post Pente. conc. 1. nu. 16.*

Conciones aliquibus propter suam malitiam magis nocent quam prosunt. *In Dominicali domin. 4. post Pente. conc 2. nu. 8.*

Vt concio melius in cordibus hominum imprimatur, ieiunos ad eam conuenire maximè conducit. *In Dominicali dom. 6. post Pent. conc. 1. nu. 7.*

Qui ad audiendam concionem ab omni inordinata affectione expeditus accedit, maximè Deo placet. *In Dominicali domin. 6. post Pente. conc. 1. num. 10.*

§. MIRA-

§. MIRABILIS VERBI DIVINI *vis, efficacia, & potestas.*

VErbum diuinum varios, & dissimiles effectus profert iuxta varietatem subiectorum in quib. seminatur. *In communi confes. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 2. nu. 25. & in Dominicali dom 17 post Pente. conc. 2 nu. 14.*

Verbi diuini vis, efficacia, & potestas perpenditur, & consideratur. *1. Quadr. domin. in Passione fer. 2. nu. 2. & 2. Quadr. Domin. 1. feria 4. num. 36 & dominica Passionis eiusdem Quadr. fer. 4. nu 32 & feria 5 sequenti nu. 19. & 3. Quadr. conc. sexagesimæ n. 18 & 4. Quadrag. Dominica 1. fer. 4. nu. 32 & in communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis, conc. 2, nu. 10. & in communi plurim. mart. Euang. descendens Iesus de monte con. 1. nu. 10. & in Dominicali domin. 17. post Pente. conc. 2. nu. 15.*

Verbum diuinum, semini apprimè assimilatur. *3. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 7.*

§. DE CONCIONANDI OFFICIO: *& insigni huius muneris dignitate & difficultate.*

COncionatorum munus est suo exemplo, & efficacibus rationibus, dulcedinem virtutibus, & saporem conferre; quo illas homines libenter exerceant. *In communi Doctorum conc. 1. num. 3.* reprehensionibus peccatores commouere, vt à misero suo statu exeant. *In communi Euang. conc. 1. num. 11.*

Concionandi munus solus Christus meruit. *In communi Doctorum conc. 2. nu. 90.*

Concionandi munus non propria auctoritate suscipimus: sed vocati, & tracti. *Dominica 4. Aduent. conc. 2. num. 16.* Et prælati expectando imperium. *In Aduent. conc. 2. Stephani nu. 14.*

Ad hoc concionandi munus bene exercendum plurimæ virtutes in concionatore simul concurrere debent. *Dominicali 4. Aduentus conc. 2. num. 17. vbi de huius muneris difficultate.*

Concionatores cum sint Dei legati grandi veneratione digni sunt. *In Aduent. conc. 2. Stephani num. 4.*

Hoc munus iuuenibus non debet demandari. *In Aduent. conc. 2. Stephani nu. 13.*

§. DE CONCIONATORIS VIRtutibus, *& conditionibus, ac de spiritus, intentionisq; rectitudine, & puritate necessaria in Ecclesiaste.*

COncionatores hoc artificio vtantur, vt peccatores prius reprehensione deterritos, postea mansuetudinis suauitate alliciant. *In proprio Sanctorum conc. 2. Ascensionis num. 19.*

Concionatores specialiter dicuntur missi prædestinatis: & quare. *In communi Euangelistarum conc. 3. nu. 1.*

Non debent concionatores hoc munus præsumptuosè vsurpare: sed à Deo vocati. *In communi Euangelistar. conc. 1. nu. 7.*

Concionatores non dedignentur in paruis oppidis, & coram priuatis hominibus prædicare. *In communi Euangelistarum conc. 2. num. 14.*

Concionatoris fœlicitas, vel ignominia non consistit in hoc quod turba multa eos sequatur, & laudet: sed in hoc quod vberrimus fruct⁹ ex eius doctrina percipiatur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Iacobi nu. 2.*

Concionator diligenter, & festinanter exequatur, & doceat ea, quæ ad salutem animarum spectant. *In communi Euangelistar. conc. 1. nu. 31. & conc. 4. nu. 24. vbi latè.*

Concionator semper vitijs resistere debet, etiam si ob id vitam amittat. *In communi doctorum conc. 2. nu. 14. & in Dominicali dominica 19. post Pente. conc. 2. nu. 34.*

Concionator quas conditiones habere debet. *In communi Doctorum conc. 4. nu 3.*

Concionatorem initio concionis petere gratiam quid sit. *1. Quadrag. conc. Cinerum num. 3.*

Concionator Dei zelo accensus sine vlla exceptione audacter reprehendere debet. *1. Quadrag. Dominica 1 feria 4. num. 13. & 3. Quadr. Domin. 3 fer. 3. nu 39 & in communi Doctorum conc. 3. nu. 16. & Dominica 2. Aduent. conc. 3 nu. 13. & Dominica 3. Aduentus conc. 1. num. 29.*

Concionatoribus euangelicis maxima reuerentia habenda. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ nu. 20. pro quo etiam vide 1. Quadr. Domin. 3 fer. 2. nu. 7.*

Cõcionatores iuxta auditorum rationem debent prædicare. *1. Quadr. Dominica 4. feria 5. nu. 19. & in Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. nu. 4.*

Concionator sigillatim singulos debet alloqui. *1. Quadr. Domin. 4. fer. 6. nu. 21.*

Concionator antequam ad inggestum accedat, Dei fauorẽ instater imploret. *2. Quadr. Dominica 3. nu. 2. rationem vide nu 6.*

Concionatores hodie multos esse, quam grande Dei beneficium. *3. Quadr. Domin. 2. feria 6. num. 26. & in communi Euang. conc. 2. num. 3.*

Concionator non vereatur vnam, eãdemque doctrinam sæpè referre, quando illa est valde vtilis, & necessaria. *3. Quadr. Dominica 4. feria 3. nu. 12.*

Concionatores parum solent ex aliorum prædicatione proficere: & quare. *Domin. 4. Aduent. conc. 3. nu. 3.*

Concionatores, vt prædicatione proficiãt, curant conformare opera sua doctrinæ quam prædicant. *1. Quadr. Dominica in Passione nu. 12. & 2. Quadr. Dominica 1 feria 6. nu. 23. & 2. Quadr. Dominica in Passione nu 12. & 3. Quadr. dominica 2 fer. 3. nu 5. & Dominica 3. sequenti. fer. 5. nu. 1. & Domin. 4. sequenti, feria 2. nu. 5. & feria 3. eiusdem Dominica nu. 13 & 4. Quadr. Dominica in Passione num. 8. & in communi Doctor. conc. 1. nu 13.* Ita vt pœnitentiam quam prædicat ipse exerceat. *In proprio Sanctorum conc. 4. Ioannis Baptistæ num. 19. vbi latè.* Ex huius defectu prouenit præsens Ecclesiæ Catholicæ sanctorum penuria. *2. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 28. & in communi Doctorum conc. 3. nu. 27.*

Ex hoc etiam prouenit totius reipublicæ dissolutio. *2. Quadrag. Dominica 1. feria 6. num. 26. & in proprio Sanctorum conc. 1. Magdalenæ nu. 26.*

Ex hoc etiam ignari occasionem sumunt, vt de doctrina quæ prædicatur dubitent. *3. Quadr. Domin. 2. fer. 3. nu. 4.*

Concionatoris finis quis esse debet. *In Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 2. nu. 18. & in communi Euangelistarum conc. 1. nu. 21. & in Aduent conc. 4. Andreæ nu. 27 & in Dominicali dominica infra octauam Ascensionis conc. 2. nu. 18. & 4. Quadr. Dominica in Passione num. 9.*

Vitium curiositatis in prædicatore summè odibile. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. nu. 42.*

Concionatores qui vtuntur rhetorica humana, & vana eloquentia, adulterant verbum Dei. *Domin. 3. Aduent. conc. 1. nu. 30.*

Et iniuriam Euangelio irrogant, perniciosissimiq; sunt. *In Aduent. Domin. 6. post Epiphan. conc. 2. nu. 4. vbi latè.*

Concionatores vult Deus non loquaces sed factores. *In communi Euangelistar. conc. 1. num 20.*

Concionatores tales esse debent, quod possint dicere populo, sequere me. *In proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi numer. 27 & in Dominicali dominica 2. post Pente. conc. 2 numer. 19.*

Instanter, & frequenter à Deo petere debemus, vt nobis elargiatur concionatores, qui ex corde, & spiritus feruore doctrinam Euangelicam nobis prædicent. *3. Quadr. Domin. 4 feria 3. num. 16.*

In concionatoribus austeritas, & pœnitentiam quam sit necessaria: vt sua prædicatio sit efficax. *In communi Euangelistarum conc. 4. num. 11. vbi optimè.*

Concionatores non vtantur in concionibus rhetorica humana, & vana eloquentia. *1. Quadr. conc. Sexagesimæ num. 5. & 2. Quadr. Dominica 1. feria 4. num 32. & 3 Quadr. Dominica 4. feria 2. num. 5. vbi optimè, & feria 3. sequenti num. 15. & 4. Quadr. Domin. 1. feria 6. num. 10.* Sed castis verbis, efficacissimis tamen vtantur. *In communi Euangelistarum conc. 2. num. 10. & in proprio Sanctorum conc. 2. Bartholomæi num. 29. & in Aduent. Dominica 6 post Epiphaniam conc. 2 numer. 2. vbi latè, & in Dominicali dominica 19. post Pent. & conc. 2. num. 32. & ibi Dominica 22. post Pente. conc. 1. num. 42.*

Concionatores Euangelici fortitudinem debent habere: hæc fortitudo in quo consistit. *In communi Euangelistarum conc. 1. num. 24. & 3. Quadr. Domin. 3. fer. 3. nu. 40.*

Concionatores prius discant benè viuere, quàm bene dicere. *In communi Doctorum conc.2.nu.31.*

Et prius operentur quàm prædicent, sicut Christus fecit *3.Quadr.Domin.1.nu.3 & dominica in Passione sequenti nu.10.*

Concionatores quanto spiritu loqui debeant. *In proprio Sanctorum conc. 2. Philippi & Iacobi num.15 & Dominica 3. Aduent.conc.1. num.29.*

Etsi in concionatore desit vitæ integritas, eius tamen doctrina magni facienda est. *2. Quadr.conc.sexagesima.nu. 29.*

In concionatores prædicantes ob suam tantum vtilitatem, *vide in communi Euangelistarum conc.2.num.23.*

Eos tantum concionatores, qui ornatè, sed sine spiritu prædicant, velle audire, est verbum Dei abominari. *Dominica 3. Aduentus conc.3.*

Cum concionatores nunquam omnino desint, qui spiritu, miraculis, & rationum ac bonorum operum efficacia prædicent: cur vniuersi populi meliores non redduntur? *vide 3.Quadr.Dominica 4 feria 3.nu. 6.*

Concionator super omnia charitatem, clementiamq; magnam erga pauperes habere debet. *3.Quadr.Domin 3.fer.5. nu. 6.*

Concionator curet ne seculari vanitate inficiatur. *3.Quadr.Dominica 3. feria 5. numero 5.*

Concionatores honoris Dei zelo præditi esse debent. *3.Quadrag.Dominica 4. feria 2. num.2.*

Cōcionatores maiori obligatione ad præceptum correctionis fraternæ seruandum tenentur. *3. Quadrag. Dominica 3. feria 3. numer.35.*

Non sufficit concionatorem sapientiam habere speculatiuam; sed requiritur, vt sapientia practica, quæ in affectu voluntatis, & bonis operibus consistit, polleat. *In communi Doctorum conc 3.num 3.*

Concionator veritatem audacter prædicet etiam cum vitæ discrimine. *Domin.2. Aduēt. conc.3.num. 19.*

Concionator, quando opus est voces magnas edat affectu plenas. *Dominica 3. Aduen. conc.1.nu 28. & in Dominicali domin. 7. post Pente.conc.1. num. 24.*

Concionatores qui pœnitentiæ vitam sibi elegerunt, plus auditorum animos penetrant. *Domin.4. Aduent.conc.2.nu 14.*

Concionatores bonos, & sapientes à nobis tollere, est vnum ex maioribus spiritualibus Dei supplicijs. *In Aduent. conc. 2. Stephani nu. 10.*

Vt concionatoris verba corda audientium vulnerent, in eisque impressionem faciant, debent esse viua omniq; spirituali virtute, diuinaq; efficacia plena. *In Aduent. Dominica 5. post Epiphan. conc.1.nu.16.*

Concionatores intelligant non oportere eos omne tempus consumere in studio librorum mortuorum, sed illis summè conducere in libro vitæ, qui est Christus, per contemplationem lectitare. *In Dominicali dom. infra octauam Ascensionis conc.1.num. 23.*

Maxima quiete, & tranquillitate verbum Dei prædicandum est. *In Dominicali domin. 4 post Pente.conc.1.nu.16.*

Ideo concionatores nunc exiguum fructū capiunt, quia plures eorum non in nomine Christi, sed in suo nomine retia laxant. *In Dominicali dominica 4. post Pent.conc.2.numer.29.*

Concordia. Vide pax.

Concupiscentia. Vide luxuria.

CONFESSIO.

Confessionis sacramentum facile, & excellens remedium *1.Quadrag.Domin. 3.nu.19.* Et quam necessarium. *4.Quadrag. Domin.1.num.2.*

Vt non confiteamur peccata, super omnia diabolus prætendit. *2.Quadrag.Dominica 3. num. 14.*

Ne à confessione omnium peccatorum verecundia te deterreat, vide considerationes, & historias notatu dignissimas. *2.Quadr.Dominica 1.num.19. & 3.Quadrag. Dominica 1. fer.5.nu. 21. & nu.25. & 3. Quadr. Dominica 3.num.10.* Contra hos, vide etiam *in Dominicali conc.2. num.21. vbi euentum stupendissimum narrat.*

Contra eos, qui confessionem, non nisi semel in anno faciunt, vide *in Dominicali dominica*

minica in Albis conc.3. nu. 24.

Ante confessionem, conscientiæ examen necessario est prætermittendum. *3. Quadrag. Sabbatho post Domin.2 nu 26.*

In cuius examinatione, & purificatione diutissimè, & sæpissimè laborandum est. *In proprio Sanctorum conc.1. Ascensionis nu. 14.*

Hoc sacramentum hominibus,& non Angelis Deus commisit: ne homines vllam excusationem haberent. *In proprio Sanctorum conc.4. Petri & Pauli nu. 25.*

Cõfessio pura,& integra debet esse. *In proprio Sanctorum conc.5. Eucharistiæ nu.23.*

Et humilis. *In Dominicali dominica 10.post Pente. conc.2.num. 28.*

CONFESSOR.

Confessoris boni conditiones vide, & nota. *4. Quadrag. Dominica in Passione num. 10. vbi latè, & in communi plurimo in art. conc.4.nu.3.*

Confessorem in imponendis pœnitentijs maximè prudentem esse necesse est. *In Dominicali domin in Albis conc.3.nu.17.*

Cum confessor aliquem absoluit, pœnam æternam, quam peccator meruerat, in temporalem mutat: quæ culpa iam dimissa luenda manet. *Iu Dominicali dom. in Albis conc. 3.nu.23.*

Pœnitentes eligant confessores doctiores, & sanctiores. *1. Quadr. Sabbatho post* Domi*nicam in Passione nu.9.*

Absolutionis peccatorum potestas cur data sit hominibus. *1. Quadrag. Domin.1. fer.6. num.9.*

Confidentia. Vide fiducia.

Congregationes. Vide concilia.

CONIVGES, CONIVGIVM.

Coniuges in suo etiam statu; cordis puritatem habere, & Deo seruire optimè possunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. Visitatio B.Mariæ nu.13.*

Coniuges,vt luxuriam, & alia huiusmodi peccata vitent, summè se inuicem diligere debent. *3. Quadr. Sabbatho post* Domin.*3.nu. 15. & in Aduent.conc. vna, Agatha nu.19.*

Et mites suauesq; ad inuicem. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3 nu. 21.*

Et cauere ne mutuo se exhorreant. *3 Quadrag.* Domin.*4 fer 5 nu.25.*

Et zelotypia carere. *3. Quadrag. Sabbatho post Domin.3 nu 21.*

Ex coniugibus, mulier domestica negotia, vir externa curet. *In Aduent.conc.1. Incarnationis num.4.*

Maximam obedientiam, & reuerentiam vxores viris suis præstare debent. *In Aduent. Domin.1.post Epiphan.conc.4.nu 30.*

Coniuges si bene matrimonio vsi fuerint, & ambo in officio perstiterint: propter illud beatitudinem consequentur. *In Aduent. Dominica 2 post Epiphaniam conc. 2.nu.17.vbi ex professo.*

De sobrietate, pudicitia, & honestate, quæ debet esse in muliere nupta. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphaniam conc.2. num. 19. vbi latissimè.*

Vt mulier pacem cum suo coniuge conseruet, linguam suam silentij fræno coerceat. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphaniam conc. 2. num.26.*

Viri magno honore habeant vxores suas. *In Aduent. Dominica 2 post Epiphan. conc.2. num. 27.*

Vxorem prudentem habere Dei donum est: & ab ipso summis precibus petendum. *In Aduent.* Dominica *2. post Epiphaniam conc. 3.nnm. 13.*

Vt homo naturaliter coniugem suam diligeret, maximum fuit Dei artificium, eam ex ipsiusmet costa subtrahere. *In Aduent. Dominica 2 post Epiphan.conc.4.nu 18.*

Vult Deus vt vxor habeat suum cõiugem in magistrum. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphan. conc.4.nu.24.*

Vir non gubernetur à sua coniuge, nec ea dominetur. *In Aduent.2. post Epiphan. conc. 3.nu.17.*

Nisi adsit pax inter coniuges, illorum vita mors est. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc.1.nu. 35.*

Mulier vbi primum à suo coniuge recedit, maximis exponitur periculis. *In Aduent. Domin.1.post Epiphan. conc.1.nu. 21.*

In coniugatorum familia dominus, seruorum,

rum, domina vero, ancillarum curam gerere debet: & fœminam fœminea opera, virum vero virilia facere oportet. *In Aduent. Domin. 6. post Epiphan. conc. 3. nu. 20.*

Vxor ad pacem cum coniuge conseruandam curet omnino, ne secreta viri sui manifestet. *In Aduent. conc. vna Agathæ num. 21.*

Cùm matrimonio copulare filios suos patres curant; non attendant præcipuè temporalem vtilitatem: sed quod ad Dei ministerium & filiorum spiritualem salutem spectat. *3. Quadr. Domin. 3. fer. 5. nu. 10.*

Vxor debet esse socia, non domina. *In Aduent. conc. 1. Agathæ nu. 21.*

In matrimonio conuenientius est virum in omnibus fœminæ, quam fœminam viro excedere *3. Quadr. Domin. 3. fer. 5. nu. 12.*

Coniugia non amore filiorum, sed libidinis intentione facta, Deo odiosa sunt, & plurimorum malorum causæ. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 1. nu. 33. & conc. 3. num. 12.*

Coniugia moliantur à senibus prudentibus, non ab adolescentibus. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphan. conc. 2. nu. 36.*

Quibus conditionibus quærenda sit vxor aut virgo, cum qua coniugia celebrare studes. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 1. nu. 36. vbi ex professo, & conc. 3. nu. 14.*

Maximum incommodum proficisci videtur ex eo, quod quis peruersorum parentum filiam ducat in vxorem. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 3. num. 15.*

Coniugalem statum Deus sua authoritate, & præsentia comprobauit. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 3. nu. 21.*

Contra dominos, qui ancillas suas ne matrimonio copulentur prohibent, vide *in Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 3. numer. 24.*

Fundamentum, & finis coniugiorum vestrorum debet esse ministerium. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 4. nu. 21.*

Vir coniugium celebrare intendens consideret magnam perfectionis viri partem, ex bona mulieris societate pendere. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 4. numero 18.*

Et quod mala vxor nimis potēs est ad suū virum peruertendum. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 3. nu. 16.*

Et sic in eligenda vxore, non ad pulchritudinem: sed ad virtutem eius attende. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphaniam conc. 4. numer. 20.*

Vxor etiam cum coniugium celebrare vult, consideret, quod viri iniqui solent vxores suas peruertere. *In Aduent. Domin. 2. post Epiphan. cpnc. 3. nu. 19.*

Si matrimonium non Christianis oculis inspiciatur est vna ex grauissimis crucibus totius orbis. *In Aduent. concio vnica, Agathæ num. 13.*

Maxima diligentia in exquirenda bona vxore adhibenda est. *In Aduent. conc. vna, Agathæ num. 16.*

Coniuges maxima modestia, & sobrietate carnalibus voluptatibus fruantur. *In Aduent. conc. vna Agathæ nu. 22.*

Matrimonium in remedium, & in viam salutis institutum, & coucessum est hominibus: ipsi autem in suam vertunt damnationem. *In Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 1. num. 30.*

Vxores attendant solam castitatem in eis non sufficere. *In Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 1. nu. 31.*

CONSERVATIONIS beneficium.

PRopter conseruationis beneficiū, quantum Deo debeamus. *In Dominicali domin. 17. post Pente. conc. 1. nu. 32. & Dominica 3. Aduent. conc. 2. nu. 9.*

Cōseruationis beneficium, quam grande. *In Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 2. num. 21.*

Consideratio cœlestium. Vide contemplatio.

CONSILII DONVM, ET de Consiliarijs.

REges, & Prælati negotia, quæ magni momenti sunt absq; multorum consilio non expediunt. *In Dominicali domin. 6. Pente. conc. 2. num. 13.*

Quam stulta sit eorum excusatio, qui dicunt,

cunt, ira tanta inflammatus fui, vt consilium sumere non potuerim. *In Dominicali dominica 6 post Pente. conc. 2. nu. 13.*

Consilium ne petas ab homine malę conscientiæ: te enim penitus perdet, licet pater tuus sit. *In proprio Sanctorum conc. 1 Decollationis Baptistæ nu. 28.*

Viros esse qui consilium præbere possint maximum est Dei beneficium. *In communi confes. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus, &c. conc. 3 nu. 12.*

Quo quis in maiori dignitate positus est; eo magis consilijs prudentum, & proborum eget. *Dominica 4. Aduent. conc. 2 nu. 26. & 3. Quadr. Sabbatho post Dominicam 1 nu. 10. & in Dominicali dominica 6. post Pent. conc. 2. nu. 14.*

Consilia hominum sancta impedire dæmon conatur. *In Aduent. conc. 1. Expectatio B. Mariæ num. 7.*

Nunquam eos rerum vestrarum consiliarios adhibeatis, qui vobis indigent: nam necessitas efficiet, vt non quæ conueniunt, sed quæ vobis grata sunt dicant. *In Aduent. conc. 2. Epiphan. conc. 28.*

Deus est consilij amicissimus. *In Aduent. conc. 4. Epiphan. nu. 24.*

Ne erubescas consilium ab alio petere. *In Aduent. conc. 1. Conuersationis Pauli numero 31.*

Consilio sanctioris potius, quam doctioris ducamini. *In Aduent. conc. 1. Conuersionis Pauli nu. 32.*

CONSOLATIO.

INter officia Christi ob quæ à patre æterno missus fuit, vnum est, vt consolatoris munere fungeretur. *In Dominicali dom. 3. post Pascha conc. 2. nu. 2.*

Ad consolandum afflictos, & tribulatos; vide nonaginta duas rationes, in verbo, tribulatio, à nobis accuratè collectas.

Consuetudo, in bonis operibus, vide opera.

CONTEMPLATIO, ET MEDItatio diuinarum rerum.

VT contemplationi Dei homo vacaret, Deus ipsum creauit: & cui minus incumbit est, id propter quod fuit conditus. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ nu 37. & in Aduent. Dom. 6 post Epiphan. conc. 1 nu. 20 & in Dominicali dom. in. 5 post Pascha conc 3. nu. 5 & ibi Dominica 23. conc. 1. nu. 44. v. q. ad 50.*

Si contemplaremur profundè æterna illa gaudia, ardentissimo perfruendi ipsa desiderio flagraremus. *In proprio Sanctorum conc 4. Assumptionis B. Mariæ nu. 22.*

Ex contemplationis sanctæ studio plus ediscitur, quam ex mortuis libris. *In communi Doctor. conc. 1. nu. 18.*

Non sufficit intellectu Dei perfectiones contemplari, si postea voluntati locus non conceditur, vt eum diligat. *In communi Sanctarum mulierum conc. 3. nu. 24. & in Aduet. conc. 3 Innocentium nu. 15.*

Contemplationibus sanctis anima illuminatur, clarificatur, & ad Dei misericordias recipiendas disponitur. *In communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 1. nu. 4. & in Aduent. conc. 4. Conceptio B. Mariæ nu. 5. & in Aduent. conc 3. Innocentium num. 9. & in Dominicali domin 18 post Pente. conc. 2. nu. 25.*

Nisi diuinæ contemplationis cælesti somno sopiti sint homines, mundum sine magno dolore relinquere non poterunt. *In Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 21.*

Ad cōtemplationem excellentiarum Dei, creaturæ nos inuitant, & manu ducunt. *3. Quadrag. Dominica in Passione fer. 2 nu. 15. & in proprio Sanctorum conc. 2 Inuentionis Crucis num. 6.*

Contemplatio bonitatis, sapientiæ, pulchritudinis, & potentiæ Dei; est proprium hominis officium. *3. Quadr. Dominica 4. nu. 17. & in Dominicali domin. 5. post Pascha con. 3. num. 2.*

Ob defectum contemplationis, & considerationis rerum diuinarum: tam frigidi, ac tepidi in amore Dei sumus; ac si voluntatem non haberemus. *In Dominicali domin. 17. post Pente. conc. 1. nu 30. vbi aliqua dicit grauibus referta sententijs.*

Vt contemplationi singulis diebus omnes cuiusque status vacent, licet sint varijs curis implicati, exhortationem vide *in communi mart.*

mart. Euang. Amen dico vobis conc. 2. nu. 21. & in Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 1. num. 17. & in Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 22. & in Aduent. Dominica 3. post Epiphaniam conc. 1. num. 3.

Contemplatio de rebus diuinis quantum prosit. *In communi confess. non pontif. Euang. sint lumbi vestri, &c. conc. 3. num. 12.* & quot quamque vberes pariat fructus. *3 Quadrag. conc septuagesima nu. 22. & 29. & 3. Quadr. Sabbatho post Dominicam Passionis nu. 9. & in communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc. 2. nu. 16. vbi latè, & in Aduent. conc. 4. Conceptionis B. Mariæ nu. 5 & Dominica 4. Aduent. conc. 4. nu. 18.*

Contemplatio Dei assidua, quàm necessaria. *In communi vnius mart. Euangel. Amen dico vobis conc. 2. nu. 16.* vbi latè, *& in proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis num. 18. & in proprio Sanctorum conc. 2. Petri & Pauli nu. 10.*

Cõtemplatio Dei, & conuersatio cum eo, quantæ sit virtutis, & efficaciæ. *4. Quadr. Dominica Resurrectionis feria 2. nu. 9. & in Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 22.*

Huius sanctæ contemplationis laudes, & vtilitates vberesque fructus. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 2. num. 2. vbi latè.*

Dæmon maximè timet has sanctas contemplationes, & sic ab eis diligenter nos abstrahere curat. *in Aduent. Dominica 2. post Epiphan. conc 2. nu. 4.*

Diuina mysteria quo magis contemplantur, in maiorem admirationem nos rapiunt, & maiora videntur: humana autem quo magis tractantur, minora cernuntur. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 1. nu. 3. & conc. 2. nu. 3.*

Diuina mysteria non admiramur, quia ea non contemplamur. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 1. num. 6. vbi latissimè, conc. 2. nu. 4.*

Contemplatio rerum diuinarum, quam spirituales reddit homines. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 1. numer. 14.*

Hac contemplatione renouatur spiritus, & corporales passiones reformantur. *In Aduent. Dominica infra octauam Natiuitatis conc. 1. nu. 15.*

Ex hac contemplatione cœlestium gustus, terrestriumque tædium dimanat. *In Aduent. Domin. 6. post Epiphan. conc. 1. nu. 21. vbi latè, & conc. sequenti vbi latè.*

Si quæ Christianis Deus contulit beneficia, attenta animi consideratione perpenderent; hoc multum ad ipsorum sanctificationem conduceret. *In Aduent. conc. 2. Purificationis B. Mariæ nu. 4.*

Inter alia ob quæ optimum est mundum relinquere, & ad religionem fugere, vnum est, quia ibi ad diuinę contemplationi vacandum & cum Deo cõuersandum expeditiores sunt. *In Dominicali domin infra octauam Ascensionis conc. 1. nu. 24.*

Vnus ex fructibus cõtemplationis, & conuersationis cum Deo est, hominem se ipsum, vt abiectum peccatorem cognoscere, & submisse prosternere. *In Dominicali dominica 4. post Pente conc. 2. nu. 31.*

Contemplatio, & meditatio Dei propter temporalium rerum solicitudinem, non omnino relinquenda est: etiam si alias talis solicitudo in commodum proximi redundet. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis B. Mariæ nu. 29. vbi latè.*

Quia contemplationi assiduè non vacamus, stupenda quæ pro nobis Deus operatus est, non admiramur. *In communi Virginum conc. 2. nu. 4.*

Ex hac contemplatione, vitæ reformatio depromitur. *In communi virginum conc. 2. num. 30.*

Contemplationi vacandum est, etiam si non statim gustus percipiatur. *1. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 9.*

Cœlestium desiderio nõn flagramus: quia nunquam ipsa meditamur. *In Aduent. conc. 4. Conceptionis B. Mariæ nu. 6.*

Vt contemplationi Dei vaces hominum frequentiam, & vrbium strepitum fugere debes. *Dominica 4. Aduent. conc. 1. nu. 15.*

Cœlestem hanc animę quietem, & somnũ quanti Deus æstimet. *Dominica 4. Aduent. conc. 1. num. 16.*

Quantum malum sit seruos Dei in hac contemplationis cœlesti quiete perturbare. *Domi-*

Dominica 4. Aduent. conc. 1. nu. 17. & in Aduent. conc. 3. Innocentium nu. 10.

Interdum contemplatio relinquenda est; vt misericordiæ opera exerceamus. *Dominica 4. Aduentus conc. 1. nu 30. & in Aduent. Dominica 3. post Epiphan. conc. 1. num. 3 & nu. 7. vbi latè.*

Qui à mundi strepitu semoti in secreto aliquo loco Deo vacant, particularia beneficia à Deo accipiunt. *In Aduent. conc. 4. Thomæ num. 3.*

Ex orationis, & contemplationis defectu omnes Christianæ reipublicæ miseriæ manant. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis numero 22.*

Contemplatio rerum diuinarum conuenientissime somnus appellatur. *In Aduent. conc 3. Innocentium nu 10.*

Contemplatione comparatur innocentia. *In Aduent. conc 5. Innocentium nu. 11.*

Si vultis à Diaboli tentationibus, & alijs hostibus non superari, & maximam fortitudinem comparare, sanctis his contemplationibus, & meditationibus intendite. *In Aduēt. Dominica 1. post Epiphan. conc. 2. nu. 13. & Dominica 2 conc. 1. nu. 4. vbi latè.*

Diuina mysteria non sunt à nobis coniunctim, velociter, & confuse consideranda: sed lente, minutim, & diuisim. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 1. nu. 3. & 9. & conc. 2. nu. 8.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, oratio, vbi plura inuenies, quæ huc spectant.

§. CONTEMPLATIVÆ VITÆ, & actiuæ inter se comparatio.

Contemplatiua vita præstantior & maioris meriti est absolutè; quam actiua. *In proprio Sanctorum conc. 2. Assumptionis B. Mariæ nu 29.*

Licet vita actiua feruidè exercita præstantior sit, quam contemplatiua tepide. *In proprio Sanctorum conc. 2. Assumptionis B. Mariæ nu. 29.*

Ab actiua vita incipiendum: & ex hac ad contemplatiuam ascendendum est, non vice versa. *In Dominicali domin. 17. post Penteco. conc. 2. nu. 20 & ibi Dominica 4 post Pente. conc. 1. nu. 20. & in Dominicali domin. 5. post Pente conc. 2. nu. 23.*

Contemplatiuam, & actiuam vitam simul habere melius est; quam quamlibet earum per se solam. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ nu. 33. vbi ex professo.* In vtraque enim nos exercere pro temporis opportunitate est necesse. *In Dominicali dom. 17. post Pente. conc. 2. nu 23. & Domin. 4. Aduent. conc. 1. nu. 30. & in Aduent. Dominica 3. post Epiphan. nu. 8. vbi latè.*

Absq; contemplationis auxilio, actiuæ vitæ exercitia cum vtilitate, & fructu non bene conseruabuntur. *In proprio Sanctorum conc 3. Assumptionis B Mariæ nu. 29. & in Dominicali domin 5. post Pascha conc. 3. nu. 10.*

Continentia, vide castitas.

Contritio, vide pœnitentia, vide confessio.

§. CONVERSARI CVM Deo.

Cum Deo conuersari, quam vtile, efficax, & necessarium. *4. Quadr. Dominica Resurrectionis fer 2. nu 8. & in Dominicali domin. 17. post Pente. conc 2. num. 27.*

Vt diuina conuersatione fruamur, non solum à malis hominibus, verum etiam à bonis interdum recedendum est. *Domin. 4. Aduent. conc. 1. nu 10.*

Quo quis magis cum Deo conuersatur, tanto magis illum æstimat, & amat. *In Dominicali domin. 4. post Pente. conc. 2. num. 31.*

Reliqua quæ de conuersatione cum Deo dicenda essent, colligimus verbo, contemplatio.

§. CONVERSATIO BONA.

Conuersatio cum bonis quot bona causet. *3. Quadr. Sabbatho post Cineres nu. 6. & in proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli nu. 3. vbi latè.*

Conuersari cum bonis, & difficulter ab illis segregari, magnum signum est, quod is sit bonus. *3. Quadrag. Sabbatho post Cineres num. 8.*

Conuersatio nostra debet esse de Passione Christi, & de cœlestibus rebus: non de impertinentibus. *4. Quadr. conc. quinquagesimæ nu 5. & in proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis nu. 10 & nu 17. vbi latè.*

Debet etiam esse de his rebus, quas nobis Deus

Deus præcepit operari. 4. *Quadr. conc. quinquagesimæ num. 8.*

Conuersatio cum bonis onerosa est malis. *Domin. 3. Aduent. conc. 1. nu. 10. & in Dominicali domin. 3. post Pente. conc. 1. nu 25.*

Bonorum societas, conuersatio & familiaritas quam salubris. *In Aduent. conc. 3. Thomæ nu. 11. & in Dominicali domin. 3. post Pente. conc. 1. nu. 25.*

Viris perfectis res est licita, & meritoria conuersari cum peccatoribus: secus non perfectis. *In Aduent. conc 3. Thomæ 16. & in Dominicali domin 3. post Pente. conc. 1 num. 24.*

Si puros & castos nos cõseruare volumus, cum castis, & puris conuersandum est. *In Aduent. conc. 3. Ioannis Euangelistæ num. 21. vbi latè, & in Dominicali domin. 3. post Pente. conc. 1. num. 26.*

Societas deprauata est vna ex efficacioribus occasionibus ad peccandum. *In Dominicali domin 22. post Pente. conc 2. nu. 24.*

§. CONVERSATIO MALA.

Conuersatio cum malis, quot mala pariat. *1. Quadr. Sabbatho post Cineres nu. 4. & 1 Quadr. fer. 2 Resurrectionis nu 21 & 2 Quadr. Domin. 2. nu. 25. vbi latissime, & Sabbatho post eandem Dominicã nu. 13. & 3 Quadr. Sabbatho post Cineres nu 6. & Dominica 1 sequenti fer 5. nu 16 & 3. Quadr. Sabbatho post Domin. 2. n. 3 & Dominica in Passione sequenti fer. 3 nu. 14. & 4. Quadrag. Dominica 3 fer 6. nu 20 & in proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli nu. 2. vbi latè, & in Aduent. conc. 3. Thomæ nu 13. & ibi conc 3. Ioannis Euangelistæ nu. 24.*

Conuersatio secularium fugienda. *1. Quadrag. Dom 1. n. 9 & Domin. in Passion sequẽti fer. 5. nu. 34 & 2. Quadr. Dominica 2. nu 8. & Dominica 4. sequenti nu. 2.*

Conuersatio mulierum super omnia fugienda. *2. Quadr Dom. 1 fer 5 nu 7 & in Dominicali domin. 11 post Pente conc. 1. nu. 28.*

Ex ea enim homines constantiam & fortitudinem amittunt: mollitiemq; & imbecillitatem acquirunt. *In Dominicali domin. in Albis conc 3. nu 31 & in Aduent. conc. 3. Ioannis Euangelistæ num. 25.*

Conuersatio improborum omnino cauenda, ne consortio illorum corrumparis. *In Dominicali domin. 2. post Pascha conc. 1. num. 20. & 3. Quadr. Sabbatho post Dominic. 1. nu. 10 & Sabbatho post Dominicã 2 sequent. n. 4. & 3. Quadr fer. 3. post Dominicam Passionis, n. 18. & in proprio Sanctorũ conc. 4. Petri & Pauli n. 2. vbi latè, & Dominica 4. Aduent. conc. 1. n. 13 & in Aduent. conc. 3. Thomæ n. 15. & in Dominicali dom. 11. post Pente. conc. 1. n. 27 & ibi Domin. 22. conc. 2. nu. 14.* Cõuersatio cum malis perfectis tantũ viris ad malorũ conuersionẽ licita est. *In proprio Sanctorũ cõc. 2. Matthæi nu 31. & in Dominicali dom. 3. post Pent con 1. n. 24 & ibi Domin. 24. con 2. n. 22.*

Difficilè est hominum consuetudine, & conuersatione aliorum hominum inuolutũ, in virtute diu posse retineri. *In Dominicali domin 3 post Pascha conc. 2. nu. 9. & in Dominica 4. Aduent. conc. 3. nu. 24.*

Conuersari cum malis est via qua in condemnationem quis deuenit. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli nu. 4.*

Ab improborum conuersatione, & cõsortio seiungi volunt iusti non solum in hac vita, sed etiam post mortem. *In Dominicali domin. in Albis conc. 3. nu 30.*

Colloquia praua quantum malum iustis inferant. *In Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 2. num 9.*

Conuersatio hominum fugienda: quia nihil est quod hominem ita peruertat, vt alius homo. *Dominica 4 Aduent. conc. 1. nu. 12. & in Aduent. conc. 4. Thomæ nu 3.*

Qui otiosis conuersationibus Dæmoni aditus patefaciunt, pessimum exitum habent. *In Dominicali dominica 4. post Pascha conc. 1 num. 29.*

Conuersatio carnalium hominum, super omnia fugienda. *In Dominicali domin. 13. post Pente. conc. 1. nu. 12.*

CONVIVIA.

Conuiuia secularia cauenda. *2. Quadr. Dominica 2 fer. 5. nu 10. & in communi virginum conc. 1. nu. 4.*

Conuiuia non diuitibus, sed pauperibus paranda. *3 Quadrag. Dominica 2 feria 5. numer. 21.*

In conuiuijs ordo ſeruandus. *3. Quadr. Dominica 4. nu. 35.*

Conuiuiorum noſtri temporis diſſolutio execratur. *3. Quadr. Dominica 2. feria 5. num. 19. & 4. Quadr. Dominica 4. num. 35. & in proprio Sanctorum conc. 1. Magdalena nu. 12. vbi latè.*

In conuiuijs Dei eſt ſaturitas, & abundantia: in conuiuijs mundi fames, & inopia. 3. *Quadr. Dominica 4. nu. 38.*

In conuiuijs ampliores ſumptus facientes quam eorum ſubſtantiæ, & diuitiæ patiuntur, increpantur. *In Aduent. Domin. 2. poſt Epiphan. conc. 1. nu. 32.*

Plura quæ huc ſpectant, vide in verbo gula.

Cor, vide verbo, amor, §. circa illud præceptum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c.

CORRECTIO FRATERNA.

CORrectio fraterna eſt de iure diuino naturali. *1. Quadr. Dominica 3. feria 3. num. 9.*

Correctionis fraternæ ſuauem quandam methodum omnino vide *1. Quadr. Domin. 3. fer. 3. num. 16.*

Correctionis fraternæ præceptum quando obliget. *1. Quadrag. Domin. 3. feria 3. numero 17.*

Correctio hæc prius ſecreto facienda, & quare. *3. Quadrag. Dominica 3. feria 3. nu. 19. & 22.*

Correctio hæc facienda eſt verbis mitiſſimis, vide, & nota. *3. Quadr. Dominica 3. fer. 3. nu. 23.*

Præceptum correctionis fraternæ potiſſimum obligat prælatos, concionatores & familias. *3. Quadr. Domin. 3. fer. 3. nu. 35.*

Vt correctiorem fraternam quando fuerit neceſſarium exerceamus. *In communi confeſſ. pontif. Euangel. Homo quidam peregre, &c. conc. 1. nu. 10.*

Correctionem indignanter ferre ſignum magnæ deprauationis. *In proprio Sanctorum conc. 4. Aſcenſionis nu. 3.*

Et odio illam habere magnum prognoſticum eſt damnationis æternæ. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli, numer. 9. & 3. Quadr. Dominica in Paſſione feria 3. num. 8. vbi latè.*

Oportet in correctione ſeruare modum quem ſacra Scriptura nos docuit, vide & nota *in Dominicali domin. 17. poſt Pente. conc. 2. num. 10.*

Correctionis neceſſitas *In Dominicali domin. 17. poſt Pente. conc. 2 nu. 9.*

Crudelitas eſt correctio fraterna non mederi proximi affectum. *In Aduent. conc. 1. Thoma num. 12.*

Fraternalis correctio, & ſancta admonitio eſt ſingulare remedium ad proximos à ſpiritualibus morbis ſanandos. *In Dominicali domin. 11. poſt Pente. conc. 1. nu. 19.*

Quando non ſperatur emendatio, à correctione ceſſandum. *In Dominicali domin. 11. poſt Pente. conc. 1. nu. 20.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, reprehenſio.

CREATIONIS beneficium.

QVam facile Deus omnia creauit. *Dominica 3. Aduent. conc. 4. nu. 12.*

Per creationis opera homines in Dei infinitæ magnitudinis cognitionem deuenire voluit Deus. *Dominica 3. Aduent. con. 4. num. 3.*

CREATVRÆ.

CReaturæ ſingulæ aliquas Dei excellentias nobis demonſtrant, & ad earum contemplationem nos ducunt. *3. Quadrag. Dominica in Paſſione fer. 2. num. 15. & in proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis nu. 6.*

Et ſic non in ipſis tanquam in vltimo fine ſiſtendum eſt; ſed ex ipſis, & per ipſas ad Dei amorem perueniendum. *In communi Sanctarum mulierum conc. 1. nu. 4. vbi latè: & in proprio Sanctorum conc. 2. Inuentionis Crucis num. 7.*

Creaturæ omnes nos inuitant, vt Deum diligamus, & quomodo id faciant. *In proprio Sanctorum conc. 3. diei ſancti Pente. nu. 11.*

Licet tamen ad id ſint factæ, malitia tamen hominum ex creaturis retia ſibi fecit (illicitis earum rationibus ſe irretiendo) quibus crea-

& Quadr. Domin. 4 fer. 5. nu. 6 & in Dominicali domin. 19 post Pente. conc. 1. num. 8. & 13.

Desideria sancta, & bonæ inspirationes nō sunt alijs reuelandę. *In communi Sanctarum mulierum conc. 1. nu. 19.*

Desideria feruida iustorum, quam grata sint Deo. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 1. nu. 12.*

In his feruidis, & sanctis desiderijs plus consistit perfectio vitæ Christianæ, quam in summa operum perfectorum. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 1. nu. 13.*

Desiderium Dei est felix, faustumq; principium ad inueniendam diuinam gratiam. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 2. num. 5.* & est mirabilis dispositio ad recipienda Dei dona. *In Dominicali dominica in Albis conc. 2. num. 2.*

Desiderium ardentissimum videndi Deum debet esse in nobis. *In communi Sanctorum conc. 4 Funerali nu. 28.*

Desideria bona habentibus nunquam deest, in quibus rebus ea exerceant. *2. Quadrag. Domin. 3 fer. 6. nu 14.*

Qui desideria sancta propter aliquod impedimentum non potuerunt adimplere, illa etiā Deus magni facit, & remunerat *2. Quadrag. Dominica 3 feria 6. n. 16 & in Aduent. conc. 3. Andreæ nu 28. & 28. & 3 Quadr. Dominica 4 feria 5. nu. 7.*

Desideria nostra diligenter examinanda: ne decipiamur existimantes virtutem esse quod verè non est. *Domin 3. Aduent. conc. 4. num. 1.*

Qui efficaciter desiderant efficere aliorum bona opera: participes fiunt meriti illorum operum. *2. Quadrag. Domin. 2. feria 6. numer. 12.*

Desideria boni efficacia ac viua maximæ dignitatis, excellentię, & vtilitatis sunt, *in Dominicali dom. 4. post Pente conc. 1. nu. 5.*

Desideria, & proposita sancta assiduè renouanda, & ad memoriam reuocanda sunt. *In communi Apostolorum conc. 4. nu 7.*

Desiderium boni communis collaudatur in sacra scriptura. *In Dominicali domin. 11. post Pente. conc 1. nu. 2.*

Bonis propositis non fidendum. *In proprio Sanctorum conc. 2. Natiuitatis B. Mariæ numero 16.*

Multi sunt qui ægritudine vel labore oppressi desideria bona edunt, & finita ægritudine vel labore ab eis retrocedunt. *In Dominicali domin. 18. post Pente. conc 2. nu. 10.*

Desideria praua, exequi posse magnum est Dei supplicium. *4. Quadrag. conc. in Cœna num. 12.*

Desperatio, vide spes, & fiducia.

DETRACTIO.

Detractio quam graue peccatum. *1. Quadr. Dom. 3. fer. 4. n. 24 & 2 Quadrag. Domi. 3 fer. 4. nu. 6. & 3 Quadr. eadem fer. n. 2. & 4 Quadr. Dom. 3 fer. 4. n. 3. & Dominica in Passione sequenti fer. 8 nu. 11. vbi latè: & in proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues num 2.*

Hoc vitium quam perniciosum & irremediabile sit. *2. Quadr Domin. 3 fer. 4. nu 6.*

Et quam vniuersale, & commune. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 2. nu. 22.*

Detractio inter omnia peccata peculiariter dicitur Deo odibilis: & quare. *3. Quadr. Dominica 3 fer. 4. nu 1. & 4. Quadr. Domin. in Passione feria 6 nu. 11.*

Detractio de seruis Dei, & de ecclesiasticis adhuc multò magis est Deo odibilis. *3. Quadrag Dominicà 3. fer. 4. num. 5. & 4. Quadr. Dominica 3 feria 4 nu 4.*

Detractio quæ fit contra prælatos, non est contra homines tantum, sed contra ipsum etiam Deum. *3 Quadr. dom. 3. fer. 4. nu. 5.*

Cùm detrahitur de aliquo iniustè, pro huius innocentis consolatione, vide considerationes *3. Quadr. Domin. in Passione fer. 3. num. 32. & 35.*

Cum detrahunt aliqui de tuis bonis operibus; patientiam habe: nam illa detractione superfluum operis collimatur, & vana gloria aufertur, & Deus propter hanc patientiam singularibus te afficiet beneficijs. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues num. 9. vbi optimè.*

Si cū detrahitur de te, taces; Deus pro te respondebit. *3. Quadr fer. 5 domin. Passionis nu. 32.* & quia illi nō se defendunt, suam causam, vt propriam Deus suscipit. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues, vide, & nota.*

Detra-

Detrahere viro iusto, & bono, est detrahere auctori ipsius boni, qui est Deus. *In proprio Sanctorum conc.2. Assumptionis B. Mariæ num.20.*

Propter dettahentium murmurationem ab incepro bono opere deficere, signum est imperfectionis. *In proprio Sanctorum conc. 2. Matthæi num. 33.*

Ne quis contristetur ex eo quod sua bona opera detrahuntur, & vitio vertuntur, consideret non defuisse infernales linguas, quæ in sanctissimis Iesu Christi operibus defectum esse iudicarint. *4.Quadr.dom.3 nu.11.*

Detractio de Ecclesiasticis quam perniciosa. *In Aduent.Domin.4.post Epiphan.con.1.num. 33.*

Quando detractores sunt viri magnates, illa detractio maximè perniciosa est. *In Dominicali dom.11.post Pente.conc.2.nu.21.*

Ab hac detractionis infirmitate nullus sanabitur, nisi prius ab illorum congregatione, qui detrahendi sunt occasio separetur. *In Dominicali dominica 11.post Pentecost. conc.2. num 21.*

Detractionis vitium, licet omnibus sit cōmune, frequentius in fœminis reperitur. *In Dominicali domin.22 post Pente.conc.1.num. 25.& 28.*

DETRACTORES.

DEtractoribus quam acerbis vultu & verbis teneamur respondere. *2.Quadr. dominica 3.fer. 4. nu. 18. & 3.Quadr. eadem feria nu.8.*

Detractores solum considerant defectus, & negligentias proximorum, non suas. 2. *2.Quadr.Dominica 2.num. 20. & dominica 3.feria 4 num. 40.*

Vt à detrahentium linguis nos defendamus, remedia, vide *2.Quadr.Domin. 3.fer.4. nu.12 & nu. 14.*

Detractores defectus proximorum manifestant, & eorum virtutes silent. *2.Quadr.Domin.4.fer.6.nu.5.*

Detractores cum famā proximorum obscurare intendunt, iam prius animam suam denigrarunt. *In proprio Sanctorum conc. 3 Ioannis Bapt. nu. 14 & 3 Quadr. Dominica in Passione fer.3.nu. 33. & in proprio Sanctorum conc.1.B. Mariæ ad Niues nu.2.*

Detractores cum famam proximorum furentur, latrones sunt. *3. Quadrag. Domin 3. num.15.*

Qua via detractores proximum infamāt; eadem permittit Deus detractores infamari, & eum de quo detrahunt honorari. *3.Quadr. Dominica 3 feria 4.num. 11.*

Qui detractores audiūt crudelissimi sunt: & quare. *Quadr.Dom 3.fer.4.nu.9.*

Detractores singulari supplicio Deus punit: quæ vide. *4.Quadr.Dominica in Passione fer.8.num.11. & in proprio Sanctorum conc.1. Inuentionis Crucis nu.24.*

Detractores son trinchantes del diablo. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 2. nu.23.*

In detractores, & maledicos horribilis Dei comminatio. *In proprio Sanctorum conc.1. Matthæi nu.34.*

Seruis Dei nunquam desunt detractores, quia hac contradictionis via in cœlum itur. *In proprio Sanctorum conc.2. Assumptionis B. Mariæ nu. 18.*

Detractores, non tantum ipsi iniqua loquuntur, sed alias etiam linguas peruersas diligunt, vt ab eis iniqua audiant. *In proprio Sāctorum conc.4. Visitationis B.Mariæ num.19.*

Detractor quam nociuus sit. *In Dominicali Domin.22.post Pente.conc.2.nu.20.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, linguaces, & ex verbo, silentium.

DEVS.

DEum esse naturali lumine potest cognosci *In proprio Sanctorum conc. 3. sequenti nu.5.quibus locis adducit rationes naturales ad id ostendendum.*

Deum esse negare quanta sit stultitia. *In proprio Sanctorum conc.4. Petri & Pauli n. 18. & in Aduent conc.4. Natiuitatis nu. 3.*

Omnis Dei cognitio, quam ex his visibilibus habemus, est nimis imperfecta. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli numero 20.*

Deus ex malis nouit sæpissimè bona deducere. *In proprio Sanctorum conc. 3. Ioannis Baptistæ nu.5.& 2.Quadr.Dominica in Ramis nu.11.& in Aduent.conc.2.Expectationis B.Mariæ nu.2.*

Deum magis cognoſcit, qui plus illum diligit. *In proprio Sanctorum conc. 2. Viſitationis B. Mariæ nu. 18.*

Vnde hęc Dei notitia affectiua, & delectabilis non eſt in peccatoribus etiam ſi habeant fidem. *In proprio Sanctorum conc. 2. B. Mariæ num. 19.*

Deus vbi inuenitur. *1. Quadrag. Dominica in Paſſione fer. 2. nu. 17 & in communi Sanctarum mulierum, conc. 1. nu. 8.*

Deus à multis inuenitur abſque eo quod quæratur: ab alijs autem inuenitur, quia illum quærunt. *In communi Sanctarum mulierum conc. 4. nu. 7.*

Deum quęrere, & viam qua ad ipſum peruenitur inueſtigare, debet eſſe continuũ noſtrum, & ardens deſiderium *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. nu. 2.*

Deus quam plenè, & perfectiſſimè habet omnes boni amici conditiones. *In communi Apoſtolorum conc. 2. nu. 21. vbi latiſſimè, & ex profeſſo, & in Dominicali feria 4. in Litanijs maioribus conc. 1. nu 11.*

Dei abſentia maximè ſentienda. *1. Quadr. Sabbatho poſt Cineres nu. 2.* Quam non ſentire perniciosiſſimum eſt. *In Dominicali domica 4. poſt Paſcha conc. 2. nu. 13.*

Deum exire eſt ſe communicare. *1. Quadr. conc. Septuageſimæ nu. 8.*

Deus talē erga homines ſe oſtendit, quales ipſi erga Deum ſe præbent. *2. Quadr. feria 2. Reſurrectionis nu. 21.*

Deus habet omnes boni amici conditiones. Latiſſimè id probat. *In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangeliſtæ nu. 2. vſq; ad 17.*

Non ſufficit Dei cognitionem ſpeculatiuã habere: ſed practica etiam eſt neceſſaria. *In Aduent. conc. 1. Epiphan. nu 17.*

Deo quam maximè conueniat, eſſe hominum dominum. *In Dominicali domin. 14. poſt Pente. conc. 1. nu. 3. & 4.*

Dei amor, Vide verbo, amor. §. amor Dei erga nos.

§. DEI ATTRIBVTA, ET INFINITÆ PERFECTIONES, & EXCELLENTIÆ.

DEus ſuapte natura infinitas perfectiones in ſe continet. *In Dominicali dominica 17. poſt Pentecoſt. conc. 2. num. 2. vbi latè.*

Deus ſolus eſſentialiter viuus dici poteſt. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli num. 15.*

Deus ſolum eſt ex ſe, & ex ſua natura immortalis. *In proprio Sanctorum conc. 1. Aſcenſionis num. 6.*

Dei bonitas adeò excellens eſt, vt quod nobis vtilius eſt, id ſibi glorioſius eſſe duxerit. *3. Quadr. Dominica 1 feria 9. nu. 2.*

De iuſtitia Dei, vide litera S. verbo, ſupplicia Dei.

De Dei miſericordia, vide verbo, miſericordia. §. miſericordia Dei erga nos.

Dei auxilia, vide litera A.

Dei beneficia, vide litera B.

§. DEI EXISTENTIA in rebus.

DEum eſſe in omnibus rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam quid ſit explicat. *In Aduent. conc. 1. Conceptionis B. Mariæ nu. 10. vbi latè.*

Deum præſentem eſſe ſemper in qualibet actione conſiderandum eſt. *3. Quadr. Domin. 3. num. 18.* Et quod omnes noſtras cogitationes, & verba attentiſſimè ſpeculatur. *ibid. numer. 30.*

Dei fruitio, Vide beatitudo.

Dei prouidentia, & gubernatio, vide verbo, prouidentia Dei.

Deo ſeruire, & Dei ſeruus, vide litera S.

Dei ſupplicia, Vide verbo, ſupplicia.

Dei vocatio, & inſpiratio, vide verbo, vocationes diuinæ.

Deſertum, Vide ſolitudo.

DIABOLVS.

D*iaboli tentationes*, Vide in verbo, tentatio.

Diabolus licet non poſſit in animæ ſubſtantiam, & eſſentiam introire, nec ipſam attingere: plurimos tamen in ipſa effectus proferre & ſtrages efficere valet. *3. Quadr. Domin 3. num. 9. & in proprio Sanctorum fer. 2. Pente. conc. 3. num. 14.*

Diabo-

Diabolus animabus præcipuè intendit officere. *2. Quadr. Domin. 3. nu. 11.*

Diaboli cum alicuius hominis dominantur, non animam tantum, sed, & corpus, & omnes eius potentias peruertunt. *3. Quadr. Dominica 3. nu. 3.*

Dæmon totis viribus conatur hominem sibi similem efficere: superbum scilicet, auarum, &c. & quomodo hoc efficit, vide, & nota. *3. Quadrag. feria 5. cœna Domini numero 11.*

Dæmon cur tentator dicatur. *4. Quadrag. Dominica 1. nu. 29.*

Dæmon quo præmio remunerat suos seruos. *4. Quadrag. Domin. in Passione fer. 4. numer. 19.*

Dæmones maiorem adhibent diligētiam in tentatione iustorum, & monachorū, quam aliorum. *In communi conf. pontif. Euang. Homo quidam peregrè, &c. conc. 1. n. 8. & in communi Virginum conc. 1. nu. 33.*

Dæmones ad nostrum exercitiū in mundo Deus reliquit. *In proprio Sanctorum conc. 2. exaltationis Crucis num. 14.*

Diabolus plurimis astutijs, & fallacijs conatur sancta hominum consilia impedire. *In Aduent. conc. 1. expect. B. Mariæ nu. 7.*

Diabolus immenso onere suos vexat, & opprimit. *In Dominicali domin. 14. post Pent. conc. 2. num. 1.*

Diabolus est illusor, & subsannator noster. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 2. num. 9.*

Diffidentia. Vide fiducia.

Dignitates. Vide prælaturæ.

Dilectio Dei, & proximi. Vide amor.

Dilectio inimicorum. Vide inimicus.

DILIGENTIA.

DE diligentia adhibenda in his quæ ad seruitium Dei spectant, & in peccati diuortio, vide pigritia, vbi omnia simul collegimus.

Diligentia de salute animæ, vide animæ salus.

Diligentia in rebus temporalibus, & spiritualibus, vide verbo, bona cœlestia, & bona temporalia.

Diligentissimè debemus contendere, vt peccatores salutem spiritualem consequantur. *In Dominicali dominica 11. post Pentec. conc. 2. nu. 8. Vbi latè, & ibi Dominica 15. con. 2. num. 9.*

Confusio magna est contemplari diligentiam, quam plurimi in effrænatis appetitibus explendis habent, & segnitiem, qua qui Deo seruiunt virtutes operantur. *In Dominicali dominica 15. post Pente. conc. 2. num. 11 & in Aduent. conc. 3. Conceptionis B. Mariæ nu. 19. & Dominica 1. Aduent. conc. 3. num. 17. & 1. Quadr. Dominica 1. fer. 4. nu. 6. & 3. Quadr. Dominica 1. fer. 6. nu. 15. & in communi Sanctarum mulierum conc. 3. nu 19.*

Saltem tanta diligentia adhibeatur in æternis comparandis, quanta in caducis adipiscendis. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 2. nu. 27. & 30. vbi ex professo, & ibi Dominica 20. conc. 1. nu. 44.*

DISCORDIA.

DIscordia est vna ex rebus, quæ Deo magis odibilis est. *In proprio Sancto- conc. 1. Ioannis Baptistæ num. 16. vbi latè.*

Ad discordias euitandas singulare remedium, vide & nota. *3. Quadr. Dominica 3. fer. 6. num. 13.*

Discordia nostra inter proximos est causa propter quam tot victorias à nobis reportat diabolus. *In communi Apostolorum conc. 3. num. 13.*

Discordia plurimorum malorum fons, & origo. *In proprio Sanctorum conc. 1. Ioannis Baptistæ nu. 17.*

Plura, quæ huc spectant, vide verbo, pax.

DIVITIÆ.

PLura, quę huc spectant, vide verbo, bona temporalia: quem locum consule.

Diuitiæ impediunt verbi diuini effectum. *1. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 33.*

Diuitijs voluntas nostra non satiatur, sed sitis incrementum suscipit. *1. Quadr. Dom. 3. fer. 6. nu. 24.*

Sicut diuitiæ homines reddunt immanes, & tyrannos: sic paupertas mansuetos. *1. Quadrag. Dominica in Ramis nu. 29.*

Diuitias contempserunt, & reliquerunt

plurimi Philosophi. *In communi confess. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia, &c conc. 1. nu. 21. & in Aduent. conc. 1. Epiphan. num. 14.*

Diuitiarum abundantia fugienda. *2. Quadrag. Dominica 1. nu. 33. & 3. Quadrages. Domin. 2. fer. 5. nu 5. & in cōmuni confess. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, &c. coc. 1. nu. 9. vbi latè, & ibi conc. 2. nu. 12.*

Diuitias ex se neque bonas nec malas: sed tales esse quales vnusquisq; ipsis vsus fuerit. *2. Quadr. Dominica 3. fer. 6. n. 2. & 4. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 30.*

Diuitiæ quot malorũ sint occasio. *3. Quadrag. conc. sexagesimæ nu. 29. & 3. Quadr. Dominica 2 fer. 5. nu. 5. & in communi confess. non pontif. Euang. ecce nos reliquimus omnia, & conc. 1. nu. 9. & in Dominicali domin. 13. post Pente. conc. 2. nu. 29.*

Diuitiæ in vita dulces videntur: in morte sunt amarissimæ. *3. Quadr. conc. sexagesimæ num. 31.*

Diuitiæ in maiori necessitate Dominum suum non adiuuant, sed derelinquunt. *3. Quadrag. Domin. 2 fer. 5. nu. 9. & 4. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 30. & in communi confess. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia coñ. 1. nu. 10. & ibi conc. 2. nu. 12.*

Contra diuitiarum nimiam solicitudinem colligimus nouem rationes litera B. in verbo, bonorum temporalium nimia solicitudo, & ibi. §. rationes, &c. inuenies quadraginta octo rationes ad commouendum homines ad diuitiarum contemptum.

Diuitias abundantius consequitur, qui illas fraudibus, & malis negociationibus non procurat. *3. Quadr. Domin. 4. nu. 21.*

Diuitiæ sunt instrumentum, quibus homo vires; ad satisfaciendum suis appetitibus accipit. *In Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 1. num. 24.*

Plurimi diuitias profanè dispendunt non aduertentes, rationem de eis reddituros esse. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. numer. 21.*

Diuitiæ à Christo iniquitates appellantur, quia frequenter iniquitate comparantur, & ad illam alliciunt. *In Dominicali dom. 8. post Pente. conc. 2. nu. 40.*

Diuitiæ hominem à Deo auertunt. *In Dominicali domin. 13. post Pente. conc. 2. num. 31.*

Diuitijs tanquam ancillis iustus imperat, peccator seruit. *In Dominicali domin. 14. Pente. conc. 1. nu. 38. & conc. 2. nu. 19.*

Diuitiæ ipsis diuitibus, neq; in vita, neque in morte prosunt. *In Dominicali domin. 14. post Pente conc. 2. num 10. vbi latè.*

Diuitiæ homines excæcant. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. nu. 60.*

Quam vanum sit fiduciam in diuitijs collocare. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 2. nu. 4. vbi latè.*

Diuitiarum effrænis cupiditas, quantum excæcat, & indurat hominum corda. *3. Quadrag. Domin. 4. fer. 3. nu 21.* Hæc aliquando passionem superbiæ excedit. *4. Quadr. conc. sexagesimæ nu. 31.*

Diuitiarum non sumus veri domini, sed tantum œconomi: & sic iuxta Dei tantum voluntatem eas dispensare debemus. *In communi confess. pontif. Euang. homo quidam peregre, &c conc. 1. nu. 16.*

Diuitiæ sunt vnum ex præcipuis cœlestis vitæ obstaculis. *In communi confess. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 2. num. 14.*

Diuitiæ maximo oneri, & impedimento sunt ne Deum possimus sequi. *In Aduent. coc. 2. Andreæ nu. 25.*

Diuitiarum amor non solùm præcepta diuina infringere, sed etiam finem amittere facit. *In communi confess. non pontif. Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 2. numer. 15.*

Diuitiæ olim præsidium, & murus erant, contra dæmones: nunc verò arma factæ sunt, quibus contra Deum bellum gerimus. *In proprio Sanctorum conc. 3. Ioannis Baptistæ num. 3.*

Si diuitiæ tot mala inuehunt, cur Deus olim tantam earum copiam amicissimis suis suggessit. *In communi confess. non pontif. Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 1. num. 26.*

Cum diuitias Deus alicui tribuit, cogitet non sua causa id fieri, sed vt pauperibus opem ferat. *In Aduent. conc. 1. Ioannis Euangelistæ num. 2.*

DIVITES.

Diuitum status plurimas habet malorum occasiones. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ nu. 8.*

Diuites aut iniquos, aut iniqui hæredes. 1. *Quadr. Domin. 3 fer. 5 nu 9.*

Diuites, & potentes abutuntur Dei beneficijs. 4. *Quadr. Domin 2 fer. 6. nu. 30.*

Diuites sunt, & appellantur omnes iusti. 1. *Quadr fer. 2. Resurrectionis nu. 4.*

Diuitibus nulla est ad cœlum via suæ viuendi rationi aptior, aut planior, quam eleemosynam facere. 2. *Quadr. Domin. 4. nu. 24. & in communi conf. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia conc. 1. n. 14. & Domin. 4. Aduent. conc. 2. nu. 20 & in proprio Sanctorum conc. 4. omnium Sanctorum nu. 28.*

Contra diuites otiosos. 4. *Quadr. conc. Septuagesimæ nu. 28.*

Diuites spiritualibus miserijs esse repletos, vel ex eo colligi potest, quod tanta cum sollicitudine terrestria quærunt, atq; custodiunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ nu. 21. vide, & nota.*

Diuites tyrannos, & crudeles Deus odit, & feuerissimè punit. 4. *Quadr. Dominica in Passione fer. 6. nu. 6.*

Diuitibus quam præclarum ornamentum est humilitas. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 2. nu. 11.*

Diuites tam fixas in terra miserunt radices, quod difficile possint disponi ad hoc, vt honori consulant, & pro eo respondeant. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues num. 17.*

Propter diuitum commodum, & vtilitatem plurimos pauperes Deus fecit. *In proprio Sanctorum conc. 2 B Mariæ, num. 2. vbi latè, & in Dominicali domin. 18. post Pente. conc. 2 num. 4.*

Diuites maiori Dei auxilio indigent ad vitam æternam consequendam. *In communi confess. non pontif. Euang. Ecce nos reliquimus omnia conc. 1. nu. 12.*

Diuites quia eos Deus ditauit, aduersus eũ insurrexerunt. *conc. 1. Thomæ nu. 8.*

Difficile est diuitem aut potentem, ad seruitium Dei abducere. *In Dominicali domin 20. post Pente conc. 1. nu. 37.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, paupertas.

Doctores. Vide sapientes.

Doctrina Christi. Vide Christus.

DOMINI TEMPORALES.

Vide in verbo, magnates.

Ad hoc quod quis bonus Dominus sit, prius eum bonum patrem esse oportet: vt eius dominatio non Ethnica, sed Christiana sit. *In proprio Sanctorum conc. 2. D. Francisci nu. 24.*

Contra Dominos qui prohibent ancillas suas matrimonio copulari. Vide *in Aduent. Domin 2 post Epiphan. conc. 3. nu. 24.*

Dominorum temporalium exemplum, siue bonum, siue malum, quãtam vim habeat, vide exemplum malorum.

Domini temporales qualiter subditos suos debeant gubernare, vide, Præsulatus. §. Prælatorum obligatio, & conditiones.

Dona Dei, vel Spiritus sancti, vide verbo, Spiritus sanctus, §. magnifica Spiritus sancti dona.

Dulia, vide adoratio.

Duces, vide bellum.

E.

Ebrietas & epulones. Vide gula, & gulosus.

ECCLESIA.

Ecclesia vsque ad finem seculi duratura est, quia eius fundamẽtum est Christus. *In cõmuni Doctorum conc. 3. num 32.*

Ecclesiast. beneficia. Vide verbo, beneficia Ecclesiastica.

ECCLESIASTICI.

Ecclesiastici in omnibus virtutibus alijs omnibus antecedere debent: & quare. 1. *Quadr. Dominica 1. feria 3 numero 8 & 4. Quadr. Domin. 2. num. 29. & in communi Doctorum conc. 4. nu. 3. & in Aduent. conc. 1. Stephani num. 15.*

Ecclesiasticis Deus honorem suum commendauit specialiter inter omnes Christianos. *3. Quadrag. Dominica 2. feria 3 numero 11.*

Contra Ecclesiasticorum fastum, & apparatum, vide *3. Quadrag. Dominica 3. feria 6. num. 2.*

Ecclesiastici verbis, & operibus nos omnes ad virtutem excitare debent. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu. 14.*

Ecclesiastici grãdi veneratione digni sunt, cum eos Deus salutis nostræ causa mittat. *In Aduent. conc. 2. Stephani nu. 4.*

Ecclesiastici dignitate priores sunt alijs omnibus Christianis. *In Dominicali dominica 15. post Pente. conc. 1. nu. 11.*

Quam grande scelus committant Domini temporales, qui se ab Ecclesiasticis adorari permittunt, & quantum delinquant Ecclesiastici qui id faciunt. *In Dominicali domin. 18. post Pente. conc. 1. nu. 12.*

Ecclesiastici munera sua propter pietatem, & non propter lucrum aut mercedem exerceant. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 2. nu. 42.*

Ex Ecclesiasticorum mala vel bona vita, bonum, vel malum totius populi magna ex parte pendet. *In communi Doctorum conc. 1. num 23. & in proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli nu. 24.*

Ecclesiasticorum segnitiem in cultu diuino redarguit secularium, imò, & Ethnicorum summa sæpè in illo reuerentia, & diligentia. *1. Quadr. Dom. 1. fer. 5. nu. 3.*

In Ecclesiasticis misericordiæ virtus maximè, & super omnes Christianos elucescere debet: & quare. *3. Quadrag. Domin. 1. fer. 6. num. 29. & in Aduent. conc. 1. Purificationis B. Mariæ nu. 27.*

Contra Ecclesiasticos, qui animarum, quarum ipsis incumbit, curam alijs substitutis omnino relinquunt, vide & nota. *3. Quadr. Domin. 1. fer. 6. nu. 33.*

Si quilibet Christianus eleemosynam denegans pauperi fraudem committit, quia egenus suum petit: quanto magis Ecclesiastici, cum horum redditus iustiori titulo pauperum sint, vide & nota. *In Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 15.*

Ecclesiasticorum malum exemplum longe perniciosius est, quam aliorum Christianorum. *3. Quadr. Domin. 2. feria 3. nu. 9. & in proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli n. 23. vide etiam in verbo, exemplum.*

Ecclesiastici mali Deum dedecorant, & odiosum reddunt magis quam alij omnes peccatores. *3. Quadrag. Dominica 2. feria 3. num. 15.*

De Ecclesiasticis detractio, vide in verbo, detractio.

Inter Ecclesiasticos Deus solebat semper commorari. *3. Quadra. Dominica in Passione feria 2 num. 20.*

Ecclesiasticorum munus, & obligatio, quæ sit. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 4. numer. 32.*

Ecclesiastici quanta reuerentia debeãt tractare res sacras, & loca sacra. *3. Quadr. Dominica 3. fer. 2. nu. 21.*

Omnes Ecclesiastici maximo honore ab alijs habendi sunt. *In communi Doctorũ conc. 1. num. 26.*

Ecclesiasticis quam sit necessaria sapientia. *In communi Doctorum conc. 2. nu. 7. & ibi conc. 4. nu 3.*

Ecclesiasticorum abominationes pallium sunt, quo alij peccatores operiuntur, & se excusant. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli nu. 23.*

Quod Ecclesiastici ita dissoluti ac seculares sunt, pœna grauissima reipublicæ est propter peccata præterita. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli num. 24.*

Ecclesiastici, & omnes ministri Euangelici zelum Dei exterius ostendere debent. *In communi Doctorum conc. 3. nu. 16.*

In Ecclesiasticis peruertendis summam adhibet curam Diabolus: quia sic vniuersam rempublicam facilè euerti posse arbitratur. *In communi Doctorum conc. 2. nu. 20.*

Si in crimen incidat Ecclesiasticus, gaudere quanta sit insania. *In communi Doctorum cõc. 3. num. 18.*

Plurima quæ ad hunc locum spectant, inuenies in verbo, sacerdos.

Difficilius est conuertere malum Ecclesiasticum, quam lenonem. *In Aduent. conc. 2. Thomæ nu. 17.*

Ecclesiastici multo magis, quam alij tenentur ad exterius bonum exemplum præbendum. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ num. 17.*

Nullus est qui minori cum timore, & reuerentia res sacras tractet, quam malus Ecclesiasticus. *In Aduent. conc. 4. Thomæ numero 11.*

Auaritia in Ecclesiasticis magis reprehensibilis. *In Dominicali domin. 8. post Pente. con. 1. num. 8.*

ECCLESIÆ IMMVnitas.

Violatores immunitatis Ecclesiæ, magnam in Deum irreuerentiam committunt: quam Deus punire solet. *In Dominicali dominica 9. post Pente. conc. 2. numer. 19.*

Electus à Deo, vide in verbo, prædestinatus.

Electio prælati, vide, prælatus.

ELEEMOSYNA.

Qui eleemosynam faciunt, quo plus expendunt, eo magis habent. *In communi virginum conc. 3. nu. 19.*

Eleemosynam facere est via qua aptissimè diuites possunt in cœlum ingredi. *2. Quadra. Domin. 4. nu. 24.*

Pauperum necessitates cum attentione, & non obiter inspiciendæ. *3. Quadr. Domin. 4. fer. 4. nu. 2.*

Vt pauperum miserearis, & eleemosynam elargiaris, vide considerationes, & exhortationes. *3 Quadr. Dominica 4. feria 5. nu. 37 & 3. Quadr. conc. in cœna nu. 22. & 4. Quadr. Dominica in Ramis nu. 2. & in Aduent. Domin. 1. post Epiphan. conc. 4. nu. 17.*

De his qui erga pauperes crudeles sunt, vide verbo, misericordia. §. contra immisericordes, crudeles, & tyrannos, *&c.*

Pauperes sunt officina, ex qua emitur regnum cœlorum. *In communi plurim. marty. Euangel. descendens Iesus de monte, & c. con. 2. num. 19.*

Pauperem se tibi offerri cui eleemosynam tribuas, maximum est tibi ipsi donum, & Dei beneficium, vide & nota *in communi confess. pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 2. num. 18.*

Eleemosynam, quam pauperi tribuis, tanquam proprium solatium recipit Christus. *Dominica 1. Aduent. conc. 2. num. 26. vbi ex professo.*

Eos qui pauperibus non subueniunt Deus comminatur non solùm æterna futuri sæculi pœna: sed etiam huius sæculi laboribus, & captiuitaribus. *2. Quadrag. Dominica 1. feria 6. num. 6.*

Et alijs horrendis supplicijs. *3. Quadr. feria 5. post Cineres nu. 5.*

Qui eleemosynam egeno in extrema necessitate non erogat, magis crudelis aliqua ratione est, quam si illum gladio occideret. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 26.*

Eleemosyna facit orationem ad Dei conspectum aduolare. *In Dominicali fer. 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 12.*

Licet omnibus pauperibus eleemosyna sit eroganda, iustis tamen, & Christi sectatoribus potiori iure debetur. *In Dominicali domin. 6. post Pente. conc. 2. nu. 16.*

Si vera misericordia in nobis esset, non opus fuisset, vt pauperes à nobis precibus importunis eleemosynam peterent. *In Dominicali dom. 6. post Pente. conc. 2. nu. 18.*

Per eleemosynæ elargitionem disponitur homo ad hoc, vt Deus eum illuminet; & ad veram pœnitentiam adducat. *In Dominicali domin. 10. post Pente. conc. 2. nu. 23.*

Eleemosynam facere, diuitibus quam necessarium sit. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 2. nu. 44.*

Pauperibus non de peioribus sed de melioribus, quæ possidetis donandum. *In Dominicali dominica 23. post Pente. conc. 2. numero 45.*

Diuites nisi ad eleemosynam confugiant, cum ad alias virtutes sint inidonei, omnis salutis iter aliquo modo eis clausum esse videtur. *Dominica 4. Aduent. conc. 2. nu. 20. & in communi confess. non pontif. Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 1. num 14. & in proprio Sanctorum conc. 4. omnium Sanctorum nu. 28.*

Eleemosyna redimitur pœna qua in purgatorio afficiendus eras propter peccata. *Dominica*

minica 4. Aduent. conc. 2. num. 23.

Pauperum domus sunt promptuaria, & horrea, vbi quę vobis supersunt seruāda sunt. *Domin. 3 Aduent. conc 3. nu. 2.*

Eleemosynam pauperi denegans fraudem ei committit: quia is quod suum est petit. *In Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 14. & 1. Quadr. Domin. 4. feria 5. nu. 14.*

Eleemosynam qui erogat, iustitiam exercet. *In communi confess. pontif. Euang. Nemo accendit, &c. conc. 1. nu. 16. vbi latè.*

Ad eleemosynam faciendā exhortationes notatu dignissimas vide *4. Quadr. Domin. 1 fer. 6. nu 26 & in Dominica 4 sequenti nu 8. & in Aduent. Domin. 4. conc 2. nu. 22.*

Eleemosynarij in mortis casu inuenient eleemosynam tanquam firmamentum ne cadant. *In communi virginum conc 1. nu. 26.*

Contra diuites eleemosynam non facientes comminationes notabiles. *4. Quadr. Dominica 4. feria 4. nu 3.*

Eleemosyna pauperi etiam peccatori elargita Deo grata est, & tibi vtilis. *In communi confess pontif. Euangel. Nemo accendit lucernam, &c. conc 2 nu. 16.*

Sed quæ pauperi iusto fit, est Deo longè gratissima. *Ibid. nu. 19.*

Eleemosynam petentes non sunt asperis verbis tractandi nec contemnendi. *1. Quadr. Domin 4. fer. 5. nu. 12. & 1. Quadr. Dominica 1 fer. 2. nu. 21.*

Quando non potes eleemosynam elargiri, nec pauperem operibus iuuare, suauibus saltem verbis illum consolari debes. *In Dominicali dominica 16. post Pente. conc. 2. numero 33.*

Vt pauperum miserearis, in ipsos oculos figere, & eorum pauperiem contemplari decet. *In Dominicali domin. 16 post Pente. conc. 1. num. 23.*

Quod pauperi, & egeno subueniamus, omnes creaturæ irrationales nos docent. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis B. Mariæ num. 37.*

Considera peccata quæ committis, & quibusnam pœnis digna essent. *In Aduent. conc. 1 Circuncisionis num 11. & domin. 3. Aduent. conc. 2. nu. 31 & in proprio Sanctorum conc. 4. dedicationis Michaelis numer. 15. & 3. Quadr. domin. 2. fer. 3. numer. 33. & 4. Quadrag. dominica 2 feria 6. num. 4.*

2. Considera quantum tibi deest ad hoc, vt Christianam perfectionem attingas *In proprio Sanctorum conc. 4. dedicationis Michaelis num. 16.*

3. Considera quam miser ac inutilis sis. *In proprio Sanctorum conc. 1. Diui Francisci numero 21.*

4. Ad humilitatem impetrandam maximè prodest corporalis paupertas libenter, & cum spiritus feruore suscepta. *In proprio Sanctorum conc. 1. D. Francisci num 23.*

5. Ad hoc etiam optimum est, & mirabile consilium, vos semper cum maioribus dimetiri. *In proprio Sanctorum conc. 2. D Francisci nu. 37. vbi latè, & Dominica 2. Aduent. conc. 1. num 29.*

6. Ad idem confice vnguentum mirabile ex illis medicamentis, ex quibus illud composuit Iob, cum dixit. Natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs, quasi flos, &c. *In proprio Sanctorum conc 4. D Francisci num. 17. vbi latissimè hoc prosequitur.*

7. Humilitatis Christi consideratio efficacissimum est remedium ad humilitatem cõparandam. *3 Quadrag. dominica in Passione fer. 2 num 24 vbi latè, & in Aduent. conc. 1. Natiuitatis num. 24. & conc. 2. Natiuitatis num 26 vbi latè.*

8. Vis humiliari, infirmum principium ex quo prodijsti considera. *In proprio Sanctorum conc. 4. D. Francisci nu. 17.*

9. Humilitas comparatur ex contemplatione diuinæ celsitudinis, & bonitatis. *In communi dedicationis Ecclesiæ concio. 1. numero 6.*

10. Donis à Deo datis humilior fit, qui omnia illa quasi onera suscipit, considerans debitum reddendi rationem de illis. *In proprio Sanctorum conc. 1. D. Francisci num. 16.* Et quia ipsa dona eum ad humilitatem inclinant. *num. 18.* Et quia quo magis crescunt beneficia, magis etiam crescit necessitas diuini auxilij ad ipsorum conseruationem, *ibi. num. 19.*

11. Si verè humiles esse cupitis quamcunque æstimationem, & laudem tanquam sæuissimam

uissimam pestem fugite. *In Aduent. conc. 2. Expectationis B. Mariæ nu.10.*

12. Qui Angelorum, & iustorum pulchritudinem contemplatur, statim seipsum contemnit, & humiliat, *Dominica 3 Aduent. conc.2 num.27.*

13. Nemo humilitatem consequi poterit nisi prius in ipsius exercitio laboret: eamque ardenter desideret, & amet. *Dominica 3. Aduent. conc.2 num.29.*

14. Vnum ex maximè necessarijs medijs ad humilitatem comparandam est propriæ vilitatis agnitio. *4 Quadrag. Dominica 2. fer. 6 num.3.*

15. Considera etiam peccata quæ alij admittunt à te etiam posse committi, vt sic in tui ipsius contemptum deuenias. *4. Quadr. Dominica 2. fer. 6. numer. 5.*

16. Prodest etiam oculos in nostrorum proximorum virtutibus collocare. *In Dominicali dominica 10. post Pentecost. conc. 2. numer. 36.*

17. Item prodest cum humilibus conuersari, & superbos vitare. *In Dominicali domin. 10 post Pente. conc 2. nu. 37.*

Ad humilitatem etiam comparandam prosunt viginti & octo remedia, quæ ad superbiam vitandam collegimus verbo, superbia.

HYPOCRISIS, HYpocrita.

HYpocrisis definitio. *2. Quadr. feria 4. Cinerum. nu. 18.*

Hypocrisis quam graue peccatum. *3. Quadr. conc. Cinerum nu. 25. & in communi Apostolorum conc. 3. num. 13.*

Hypocritam bonis operibus infernum sibi comparare summa stultitia est. *2. Quadrag. conc. Cinerum num. 24.*

Hypocrisis est dispositio ad hæresim. *1. Quadr. conc. Cinerum num. 20.*

Ex hypocrisi nõ proueniẽs corporis mortificatio plurimi æstimanda *2. Quadr. conc. Cinerum nu.19* & quantum prosit. *3 Quadrag. conc. Cinerum nu 26*

Hypocritarum duplex genus explicatur. *3. Quadr. Domin. 3 fer 4. nu. 22.*

Hypocrisis multum authoritatis veræ virtuti detrahit. *In Aduent. conc. 3. Epiphaniæ num. 24.*

Hypocrita virtutes in peccatorum suorum instrumenta suscipit. *4. Quadrag. conc. Cinerum nu. 23. & in communi Apostolorum conc. 3 num. 15.*

Hypocritæ nil amplius quam exteriorem speciem, & apparentiam habent. *2 Quadrag. Dominica 3 fer. 4. num. 38.*

Hypocrita suismet bonis operibus se destruxit. *4. Quadr. conc. Cinerum nu. 26.*

Hypocritæ maximam suo creatori irrogant iniuriam. *In Dominicali domin. 5. post Pente. conc 2. num. 4.*

Hypocritæ fingunt mortificationem, vt in dignitate, quam ambiunt collocentur: quam vbi primum consequuntur, ostendunt se non mortuos imò potius viuos esse. *In Dominicali dominica 7. post Pente. conc. 1. numero 4.*

Hypocritæ licet sibi damnum inferant, proximis tamen non afferunt detrimentum, sicut peccatores publici. *In Dominicali dominica 7. post Pente. conc. 1. nu 7.*

Vt Deus in aliqua mente habitet magis impediunt aliquo modo falsæ virtutes, quam vitia magna. *In Dominicali domin. 10. post Pente. conc. 2. nu. 3 & 16.*

Peccata hæc quæ sub specie virtutis sunt, curantur difficillimè. *In Dominicali domin. 10. post Pente. conc. 1. nu. 51.*

Hypocritæ ab inuicem ab alijs hypocritis se celant. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. num. 7.*

I.

IAcobi laudes, & excellentiæ, vide *in proprio Sanctorum conc. 1. Iacobi nu. 4. & nu. 36. & conc. 2. num 32.*

Iactantia, vide superbia, & vana gloria.

IDOLOLATRIA.

CVm plus creaturam quam Deum amas, voluntate idololatras. *Dominica 3. Aduent. conc. 2. nu. 7. & ibi conc. 4. Epiphaniæ nu. 3. vbi latissimè.*

Cum

Cum creatus fuerit homo Dominus omnium creaturarum, quanta insania sit illas adorare. *Dominica 3. Aduent. conc. 2. num. 12. vbi latè.*

Idololatræ quam pessimè errabant, quia eos adorabant quos imitari minimè licebat. *3. Quadr. fer. 6. post Cineres nu. 27.*

IEIVNIVM.

Plura quæ huc spectant, vide verbo, adoratio.

Ieiunij necessitas, & vtilitates plurimæ. *1. Quadr. conc. Cinerum nu. 15. & domin. 1. sequenti nu. 13. & 3. Quadr. conc. Cinerũ nu. 18. & domin. 1. sequenti nu. 22. & 4. Quadr. conc. Cinerum numer. 17. vsq; ad 23. & in Dominicali fer. 2. in litanijs maioribus conc. 1. num. 7.*

Ieiunij perfecti conditiones. *1. Quadr. Dominica 1. nu. 14.*

Ieiunium cur sæpè non prosit. *3. Quadrag. Domin. 1. num. 12.*

Ieiunium Quadr. à ieiunio Christi & ab Apostolorum institutione habetur. *3. Quadr. Domin. 1. num. 21.*

Ieiunium est sacrificium Deo summe acceptum, & nimis animæ vtile. *2. Quadr. conc. Cinerum nu. 6.*

Contra eos qui. à ieiunio se excusant. *1. Quadr. conc. Cinerum nu. 18.*

Quæ propter ieiunium à corporis victu subtrahuntur pauperibus impendantur. *4. Quadr. conc. Cinerum num. 36.*

Ieiunium duos præcipuè effectus operatur, scilicet fauere orationi, & sensualitatis passiones reprimere. *In Dominicali feria 2. in litanijs maioribus conc. 1. nu. 7.*

Ieiunijs hanc miserabilem carnem vexare oportet, ne spiritum persequatur. *In Dominicali dominica 10. post Pente. conc. 2. num. 19. vbi latè.*

Ieiunium reparat, quod per gulam amisimus. *4. Quadr. fer. 4. Cinerum nu. 18.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, gula, vide etiam verbo, conuiuium.

IESVS NOMINIS impositio.

Hoc nomen Iesus saluatorem significat: quod maximè Christo conuenit. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis num. 24. & conc. 3. num. 30.*

Hoc nomen in circuncisione fuit impositum, vt significaretur nos huius sanctissimi nominis virtute frui non posse, nisi nos circuncidamus. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis num. 28.*

Hoc nomen filio suo Deus imponi voluit, vt nomen ipsum nobis in memoriam reuocaret labores, quos vt nos saluaret passus est, & omnia redemptionis nostræ beneficia. *In Aduent. conc. 2. Circuncisionis nu. 18.*

Hoc nomen Iesus quanto amoris affectu, & quanta veneratione à nobis sit pronũciandum. *In Aduent. conc. 2. Circuncisionis num. 29. vbi latè, & conc. 4. nu. 21.*

Hoc nomen omnia Dei nomina includit, quæ Deus antiquis patribus reuelauerat. *In Aduent. conc. 3. Circuncisionis nu. 19. & conc. 4. nu. 15. vbi latè.*

Hoc nomen omnes Dei perfectiones comprehendit. *conc. 3. Circuncisionis numero 21.*

Licet Deus plura alia nomina habeat, hoc tantum venerari iubet: & quare. *conc. 3. Circuncisionis nu. 21.* Hoc nomen corda emollit. *conc. 3. Circuncisionis nu. 23.*

Et vires, vt tentationibus resistere possimus suppeditat. *conc. 3. Circuncisionis numero 23.*

Mirabilis huius nominis virtus, non in literis exterioribus est, sed in interiori verbo, quod literæ ipsę significant. *conc. 3. Circuncisionis nu 26. vbi latè.*

Nullum ante hoc nomẽ datum fuit, quod simul omnes Dei excellentias, & mirabilem humani generis redemptionem significaret. *conc. 3 Circuncisionis numer. 19. & conc. 4. numero 14.*

Magnum fuit Dei beneficium filio suo nomen imponere, quod nobis declararet quis esset, *concio. 4. Circuncisionis numero 12.*

De iniuria quæ blasphemijs, & periurijs huic nomini fit, vide in verbo, iurare, & verbo blasphemia.

Iesus, vide Christus.

IGNORANTIA.

IGnorantia est prima animæ miseria. *3. Quadrag. Dominica Passionis feria 4. numero 23.*

Ignorantiam rerum ad salutem spiritualem spectantium tenemur superare. *3. Quadr. Dominica Passionis fer. 4. nu. 24.*

Ad ignorantiam hanc vincendam debemus interrogare viros peritos simul, & sanctos. *3. Quadrag. Dominica Passionis feria 4. num. 26.*

Hæc interrogatio debet fieri cum bona intentione: & quæ hæc sit. *3. Quadr. Domin. Passionis fer. 4. num. 28.*

Illustre genus, vide nobilitas.

Immisericors, vide misericordia. §. in immisericordes, & crudeles.

Impatientia, vide patientia.

Imprudentia, vide prudentia.

INCARNATIO CHRISTI.

INcarnationis beneficium quam grande. *3. Quadr. conc. Quinquagesimæ num. 8. & Domin. 2. sequenti num. 21. & in Aduent. conc. 2. Natiuitatis nu. 7 & 18. & conc. 3. Natiuitatis nu. 7.*

Incarnatio fuit opus infinitæ potentiæ, infinitæ sapientiæ, & bonitatis immensæ. *3. Quadr. domin. 2. nu. 21. & in proprio Sanctor. conc. 1. Incarnationis nu. 9.*

Et summè liberalitatis, & magnificentiæ. *In proprio Sanctorum conc. 4. feriæ 2. Pente. num. 2.*

Incarnationis beneficio quam ingrati simus. *3. Quadr. domin. 2. nu. 25. & in Aduent. conc. 1. Natiuitatis nu. 6.*

Christus factus est homo, vt nos doceret esse homines, & ad ipsum conformemur. *4. Quadragesim. Domin. in Passione feria 4. numer. 28.*

Et vt hominibus vitam conferret. *In communi vnius mart. tempore Paschali conc. vna num. 2.*

Incarnationem Dei curauit Lucifer impedire. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ num. 6.*

Puritas, & virginitas, conceptus Christi consideratur. *In Aduent. concio secund. Natiuitatis.*

In incarnatione non fuit facta vtriusque naturæ commixtio: sed mirabilis naturæ humanæ ad diuinitatem assumptio. *In communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 2. nu. 13.*

Pro quo vide. *In Aduent. conc. 4. Natiuitatis nu. 12.*

Post incarnationem Christi, aurum & argentum à sui æstimatione decidit. *In communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 2. nu. 11.*

Ineffabilis fuit Dei humiliatio humanam carnem accipere. *In Aduent. conc. 2. Natiuitatis nu. 10.*

Incarnatione Christi omnia bona nobis fuêre donata. *In proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis nu. 6.*

Alia Dei opera cum incarnatione comparata exigua vocantur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis num. 9.*

Beneficij incarnationis quam strictam rationem reddituri sumus. *In Aduent. concio. 3. Natiuitatis nu. 9.*

Incarnatus fuit Christus, vt peccatores iustificaret: & ideo incarnatio iustitia ab effectu in sacra sacra scriptura vocatur. *In propr. Sanctorum conc. 2. Incarnationis nu. 3.*

Incarnationem sancti patres flagrantissimo desiderio, & summis precibus exoptarunt, & postularunt. *In Aduent. conc. 2. expectationis B. Mariæ nu. 26.*

Incarnatio fuit olim iuramento promissa. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis num. 3.*

Incarnatio Christi, fuit causa, quod in adoptionem filiorum Dei reciperemur. *In Aduēt. conc. 2. Natiuitatis nu. 16.*

Quantosque Dei filios incarnatio procreet, & quales. *In Aduent. conc. 3. Natiuitatis num. 20.*

Non solum incarnatio, sed quæ persona ex tribus carnem esset assumptura fuit à Deo reuelatum. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis num. 6. vbi latè.*

Noluit verbum diuinum incarnari, inscia, aut reluctante beata Virgine: sed eius consensu. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis*

tionis num.8.

Incarnatio ſola Dei gratia & ſine vllo hominum merito facta fuit. *In Aduent. conc. 1. Natiuitatis num. 4. & in proprio Sanctorum conc.2.Iacobi num. 8.*

Quare in virgine, & non in corrupta incarnatus fuit Chriſtus. *In proprio Sanctorum conc.2 Incarnationis nu.10.*

In incarnatione quantum ſe Deus vt hominem ſubleuaret abiecit. *In proprio Sanctorum conc.3 Incarnationis nu 2.*

Tempus incarnationis bonum quod inde conſequuturum erat oſtendit. *In proprio Sanctorum conc 3. Incarnationis nu.4.*

Incarnationis maximum beneficium tunc fuit promiſſum cum homines eo magis indigni erant. *In proprio Sanctorum conc.3 Incarnationis nu 14.& Dominica 4. Aduent. conc. 4.nu.6 vbi ex profeſſo.*

Chriſtus incarnatione ſua mundi ſeruus factus eſt. *In proprio Sanctorum conc.3. Incarnationis num 30.*

In incarnatione ſummè Deus ſe communicauit. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis num.2.*

Deus habuit ab æterno firmiſſimum propoſitum hoc beneficium incarnationis hominibus conferendi. *In proprio Sanctorum conc.4.Incarnationis nu. 7.*

Cum pro ſingulis quibuſque beneficijs à Deo acceptis amorem, & ſeruitium ei debeamus: qua dilectione & obſequio ſoluemus illi beneficium incarnationis? *In proprio Sanctorum conc.1.feriæ 2.Pente.nu.16. & conc. 2. nu.2.& nu.10.*

Incarnatio Chriſti fuit cauſa meritoria Aduentus Spiritus ſancti. *In proprio Sanctorum conc.1 feriæ 2.Pente.num 16.*

Incarnatio fuit fundamentum omnium mirabilium actuum quos propter nos Chriſtus fecit. *In proprio Sanctorum conc 2. Natiuitatis Beatæ Mariæ numero 2. vbi ex profeſſo.*

Deus ante incarnationem aſper, & terribilis ſe oſtendebat, poſtea vero mollis & ſuauis factus eſt. *In Aduent.conc. 3. Natiuitatis nu. 15 & in proprio Sanctorum conc.1.viſitationis B.Mariæ, vbi latè.*

Deus fecit hominem, vt ſuam imaginem tanquam ſigillo quodam imprimeret. *In Aduent.conc.14. Natiuitatis nu.4.*

Incarnationis myſterium à Ioanne Euangeliſta dicente, Verbum caro factum eſt. Angeli cognouerunt. *In Aduent. conc. 2. Ioannis Euangeliſtæ num. 28.*

Incarnatio Chriſti nonnullis propria culpa maioris fuit deprauationis occaſio: alijs autem cauſa ſalutis. *In Aduent.conc.1. Dominicæ infra octauam Natiuitatis num. 19. & conc.2.num. 12.*

Conueniebat, vt qui nos redimeret Deus eſſet & homo, & ideo Deus fuit incarnatus. *In Aduent. concio. 1. Circunciſionis, numero 14.*

Qua ratione verbum diuinum ſit in humanitate. *In Aduent. concio. ſecund. Circunciſionis nu.2.*

Deus humanam carnem aſſumens ſe abſcondit. *In Aduent. conc. 2. Circunciſionis numero 5.*

Deus fuit homo factus, vt dux noſter, & præceptor eſſet. *In Aduent.conc. 3. Circunciſionis nu 3.*

Incarnatio Chriſti qua ratione dici poſſet medium neceſſarium redemptionis noſtræ. *In proprio Sanctorum conc. 2. feriæ 2. Pente. num. 4.*

In incarnatione ſummè pellucet quantus ſit amor Dei erga nos. *In proprio Sanctorum conc.2.fer.2.Pent.nu.1. vſq; ad 7. & ibi conc. 3.nu.2.& conc.4.nu.2.*

Deus quantum eſt ex ſe, omnibus dedit filium ſuum. *In proprio Sanctorum conc. 2. fer. 2.Pente.num.7.*

Incarnatio non ſolum inuitat nos ad Dei amorem, verum aliquo etiam modo compellit. *In proprio Sanctorum conc. 4.fer.2.Pente.num. 3.*

Omnes Dei miſericordiæ in hac incarnationis miſericordia tanquam in epilogo incluſæ ſunt. *In Aduent. concio. 1. Natiuitatis, num.3.*

Incarnationis articulus, ideo difficilis eſt creditu, quia in eo tam vtilia, & abiecta de Deo dicuntur, tamque excelſa & ſublimia de homine verificantur. *In proprio Sanctorum conc.3.Ioannis Baptiſtæ, nu.18.*

Incarnationis myſterium poſt ſanctiſſimam

mam Virginem prius omnium nouit Ioannes Baptista, & prius etiam ipsum promulgauit. *In proprio Sanctorum conc. 1. Visitationis B. Mariæ num. 25.*

Tempore incarnationis omnes prophetiæ, quæ Aduentum Christi prædixerant, impletæ fuerunt. *Dominica 4. Aduent. conc. 1. nu. 2. & conc. 3. nu. 2.*

Post incarnationem possumus, iam ipsimet Dei personæ seruire, & familiariter ipsimet conuersari. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis numer. 3. & numer. 6. vbi ex professo.*

Post incarnationem Deus, non solum iustorum, sed peccatorum Deus etiam dicitur: & quare. *In proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis B. Mariæ nu. 15.*

In fide viua incarnationis Christi, Angeli creati fuerunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. dedicationis Michaelis nu. 5.*

Quia amor vel est inter æquales, vel æqualitatem facit: ideo se Deus, vt se æquaret hominibus, hominem fecit. *In Aduent. conc. 4. Ioannis Euangelistæ nu. 3.*

Verbum diuinum factum homo, magis gentibus quam Iudæis se communicauit. *In Dominicali dominica 10. post Pente. conc. 2. numer. 2.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, natiuitas Christi, & ex verbo, Aduentus Christi.

Inconstantia, in operibus, vel in virtute, vide verbo, opera. §. in operibus perseuerantia.

Incontinentia, vide, castitas, vide luxuria.

INFERNVS.

INferni dolores quanti. *1. Quadr. Dominica 1. fer. 3. nu. 11. & 3. Quadr. Domin. 2. fer. 5. nu. 31. & 3. Quadr. Dominica in Passione fer. 2. num. 8. & in proprio Sanctorum conc. 1. Matthiæ nu. 26. & in Dominicali domin. 19. post Pente. conc. 2. nu 52.*

In inferno iam non est locus misericordię. *3. Quadrag. Dominica 2. feria 5. numero 32. & Dominica Passionis sequenti feria 2. numer. 3.*

Æternitas huius supplicij appositissimis, & perpetua memoria dignissimis illustratur exemplis. *Dominica 1. Aduent. conc. 1. numer. 24. & conc. 2. sequenti num. 32. & conc. 3. sequenti nu. 31.*

Inferni doloribus non terremur, nec illa tormenta sentimus: quia voluptatibus humanis distrahimur. *3. Quadrag. Dominica in Passione feria 2. nu. 9. vbi latè.*

Inferni claues nulli nec homini, nec Angelo Christus dedit: & sic nullum auxilium damnatis prodesse potest, vt inde exeant. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli numer. 27.*

Cum in infernum quam plurimi, in cœlum autem paucissimi intrent, maximè formidare, & metu exalbescere debemus, ne ex illis quam plurimis nos simus. *In proprio Sanctorum conc. 2. B. Mariæ ad Niues num. 3. vbi latè. & ex professo.*

In inferno tortores ad pœnam sensus exequendam dæmones sunt, *in Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 1. nu 20.*

Corpora damnatorum in inferno in summo gradu sensibilia sunt, & semper permanent sic tenera, & sensibilia: quod maxime perpende, & vide *in Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 1. nu. 21.*

Pœna sensus quantum ad animas in quo consistit. *Dominica 1. Aduent. conc. 2. numero 31.*

Inter acerbissima tormentorum genera, quæ damnati in inferno patiuntur: maius & præcipuum est, illos diuino conspectu in æternum priuari, cuius pœnæ tortor est ipsemet Deus. *In Dominica 3. post Pascha conc. 1. num. 22.*

Pœnæ damni, & pœnæ sensus grauitas consideratur. *In Dominicali dom. 7. post Pent. conc. 2. nu. 26.*

Pœnarum inferni æternitas maximè nos admonere debet ad pœnitentiam statim faciendam. *In Dominicali domin. 24. post Pente. conc. 1. nu. 48.*

Infidelitas, vide, fides, & vide, hæresis.

Infirmitas, *infortunia*, vide tribulatio.

Ingratitudo, vide, gratitudo. §. in ingratos.

INIMICVS.

§. INIMICORVM DIlectio.

INimicorum dilectio est virtus difficillima, non tamen impossibilis. *3. Quadrag. feria 6 post Cineres num. 6. & in Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 2. num 12. in Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 1. num. 30.*

Inimicorum dilectionem semper Deus, & non ipsorum odium praecepit. *2. Quadr. fer. 6. post Cineres n. 9 in Dominicali domin. 21. post Pente. conc. 2 nu 3.*

Nam inimicis malefacere non tantum lege Euangelica, sed etiam Mosaica, imo & lege naturae prohibitum erat. *4. Quadr. feria 6. post Cineres nu. 2. & in communi Apostoloru conc. 3. num. 6.*

Cum hoc ita sit vnde occasionem acceperunt Iudaei existimandi contrarium esse dictum ab antiquis. *4 Quadr. fer. 6. post Cineres nu. 4. & in Dominicali domin. 5. post Pente. conc. 1. num. 18.*

Et cur mandatum nouum appelletur à Christo. *In communi Apostolorum concio. 3. numer. 7.*

Inter alia ob quae Christus venit in mundum, fuit vt nos doceret inimicis benefacere, & eos diligere. *Dominica 4. Aduent. conc. 1. numer. 6.*

Ad inimicorum dilectionem odium interius euellere praecipue curandum est. *4. Quadrag. feria 6. post Cineres num. 65 & in Dominicali dominica 5. post Pentecost. concio. 1. numer. 27.*

Inimicum corde, & opere teneris diligere. *2 Quadrag. feria 6. post Cineres num. 10. & num. 27. & 3. Quadrag. feria 6. post Cineres numer. 13.*

Quanto magis alloqui. *2. Quadr. feria 6 post Cineres num. 17. & 3. Quadr. feria 6. post Cineres nu 20.*

Et benigne mansueteque eos alloqui debes. *Dominica 16. post Pentecost. conc. 2. numer. 18.*

Inimicorum dilectio quam praeclara virtus. *In Dominicali domin. 21. post Pente. conc. 2. num. 8.*

Plura quae huc spectant, vide verbo, amor, § amor proximorum.

§. INIMICORVM INIVRIAS remittere, & perferre

INimicis iniuriam remittere Dei est opus. *2. Quadr. Domin. 4. fer. 4. nu. 4.*

Qui, ne inimico remittatur iniuria rationibus vel obsequijs, vel aliter impediunt, quam execrabiles sint. *3. Quadr. fer. 6. post Cineres num. 28.*

Iniuriam statim etiam si recentissima sit remitte. *In Aduent. conc. 1. Conuersionis Pauli num. 11 & in proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis num. 30.*

Iniurias quae proximis inferuntur magis, quam quae sibi fiunt Deum persentire sacra scriptura significat. *In Aduent. domin. 6. post Epiphan. conc. 3 nu. 3.*

Iniurias publice amore Dei perferre gloriosum nobis esse existimare debemus. *In proprio Sanctorum conc. 1. Inuentionis Crucis numer. 6.*

Inimicorum irae cedendum est, nec eorum iniuriae vindicandae, quamuis ad vltionem vires sufficiant. *In Aduent. conc. 1. Innocentium num. 29.*

Mirabile remedium ad superandos eos, qui nobis calumniam inferunt, est eis suauissimis verbis ac mansuete satisfacere. *In Dominicali dominica 3. post Pente conc. 2. numer. 17.*

Iniuriam proximo nō tantum semel condonare debes, sed quotiescunque te offenderit. *In Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 1. num. 8.*

Ad iniurias inimicorum remittendas vide exhortationem singularem. *In Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 2. num. 67. vsque ad 71.*

§. RATIONES, ET CONSIDErationes efficacissimae ad commouendum homines ad inimicorum dilectionem, & ad iniuriarum ab eis acceptarum remissionem.

PRima ratio. Inimicum & eum qui tibi male facit dilige, quia ille qui est omnipotens,

potens, cuique tenemur obedire; ille qui te ſumme dilexit,cuique tantum debes, ac deniq; qui optime noſcit imbecillitatem tuam; ille ipſe ſuo proprio ore tibi dicit, vt inimicum diligas. *2.Quadr.fer. 6. poſt Cineres nu. 21.vſq; ad 27.& 3.Quadr.eadem feria nu.22. & 4. Quadr. eadem feria nu. 9.*

2. Et quia Deus tibi ineffabiles diuitias pollicetur, ſi ipſius exemplo inimicis benefacias. *Dominica 4.Aduentus conc. 3. numero 10.*

De præmio mirabili quod pro illorum dilectione à Deo peomittitur, vide *1. Quadrag. feria 6.poſt Cineres nu.16.& 2. Quadrag.eadem feria num.16.*

3. Et quia id Deus abſolute præcipit. *In communi Apoſtolorum conc. 4. num. 17 & 3. Quadr.fer.6 poſt Cineres nu.27 & 4.Quadr. ead.fer.num.8.*

4. Ad hoc etiam multum conducit pro certo habere nullum nobis ab inimicis noſtris incommodum prouenire poſſe, quod ex Dei manibus non procedat.*4.Quadr.feria 6. poſt Cineres num. 10.*

5. Quia inimici ſunt Dei inſtrumenta quibus nos perficere conatur. *4. Quadr. feria 6. poſt Cineres num.31.& in Dominicali domin. 21.poſt Pente.conc.2. nu. 63. & ibi Dominica 23.conc.1.num 31.*

6. Quia inimicum non diligens iniuriam irrogat ſanguini,& pretio quo Chriſtus illum redemit.*In communi Apoſtol.conc. 2.num.15. vbi ex profeſſo.*

7. Quia inimicus eſt iuſtitiæ diuinæ miniſter. *In communi Apoſtolorum conc.1. nu. 26. vbi latè. & in proprio Sanctorum conc. 1. Incarnationis nu.11 &1.Quadr.feria 6.poſt Cineres num.11.*

8. Quia inimicis iniuriam remittens gloriam potius, quam infamiam comparat. *2. Quadr.conc.Septuageſimæ nu.7. & 3. Quadr. Domin.3.fer.4.nu.17.&in proprio Sanctorum conc.1.Inuentionis crucis nu 6.*

Et nullum ſaltem honorem ob id amittere oſtendit. *In proprio Sanctorum conc. vna ſancti Ioſeph.nu 7.*

Et id facere exaltationem potius eſſe quã abiectionem probat. *In proprio Sanctorum conc.3.Inuentionis Crucis nu.15.*

9. Quia inimicos diligens, & benefaciens illos ſuo amore inflammando à peccato abſtrahit,& ad Deum conuertit, & vulneratum illius cor curat.*2.Quadrag.fer.6. poſt Cineres num. 11. & 3. Quadrag. eadem feria num.13. & Dominica 4. Aduent.conc.3.num.11. & in Dominicali dominica 23. poſt Pente. conc. 1. num.26.*

Et inuidiam,& malitiam, & odium à ſuo corde extrahit. *Domin. 16. poſt Pente.conc.1. nu 14.vbi latè,& Domin.23.poſt Pente. conc. 1.num.26.*

10. Quia inimicus eſt occaſio virtutis, & magni boni,& frenum vitiorum.*In communi Apoſtolorum conc. 4. num. 15. & in Dominicali dominica 21.poſt Pente. conc. 2. num. 14. vbi latè*

11. Inimicum amare debes quia frater tuus eſt. *Dominica 4.Aduentus concio.1. numero 8.*

12. Si difficile tibi videtur inimicos diligere conſidera eum, qui hoc tibi iubet non ignorare quod potes: & ſuo fauere auxilio, vt facile illud exequaris. *Domin. 4.Aduent. conc. 1.nu.9.& in Dominicali domin.21. poſt Pent. conc.2.num.4.*

Nam ipſemet Deus obligatur ad præſtandum nobis hoc auxilium.*3.Quadrag.feria 6. poſt Cineres num. 25. & in communi Apoſtol. conc.1.num.11.*

Imo tribuit auxilium ad illud cum gaudio,& ſuauitatu implendum.*4.Quadr.fer.6. poſt Cineres nu.26.*

13. Ad inimicorum dilectionem,& eorum perſecutiones perferendas nos mouet incarnatio Chriſti.*1.Quadr.fer.6.poſt Cineres numer. 4.*

14. Ad id etiam nos mouent omnes creaturæ. *1. Quadrag.feria 6.poſt Cineres numero 7.*

15. Si Deus cum Deus ſit,tam facile remittit iniurias,& bonum pro malo reddit, cur tu vilis creatura idem non facies. *Dominica 4. Aduent.conc.2.nu.5.vbi latè: & in communi Apoſtol.conc.4.num.14.*

16.Et quia inimicorum dilectionem Deus præcepit non tuæ carni, quæ paſſa eſt inimici damnum: ſed animæ.*2.Quadr.fer.6.poſt Cineres num. 14.*

17. Et quia id tibi à Deo cuius tuum cor eſt præcipitur. *2. Quadrag. feria 6. poſt Cineres nu. 13.*

18. Quia ijs inimicis iniuriam remittunt, nil Deus denegare conſueſcit. *2. Quadr. Dominica 4. feria 4. nu. 4.*

19. Quomodo à Deo cœlum audebis petere, cum hoc quod tibi præcipit propter illum facere nolis. *In communi Apoſtol. conc. 1. num. 9.*

20. Quia inimico loquelam ſuſtulit, aufert Deus ab illo loquelam, vt nec veniam peccatorum ſciat petere. *3. Quadr. fer. 6. poſt Cineres nu. 20.*

21. Quia inimicorum dilectionem, & illis benefacere Chriſtus non tantum verbo, ſed opere nos docuit. *3. Quadr. fer. 6. poſt Cineres num. 30. & 4. Quadrag. Dominica 4. feria 4. num. 6.*

22. Et quia ex multiplicatione inimicorum datur vobis occaſio, vt ſitis filij Dei. *In Dominicali dominica 21. poſt Pente. conc. 2. num. 16. vbi latè.*

23. Inimicum odio habens conſideret talem amicum qualis eſt Deus deſerere, eo tantum vt iræ, & paſſioni ſatisfaciat. *In communi Apoſtol. conc. 2 nu. 19.*

24. Et quia Deus permittit, vt aduerſus eos, qui inimicis parcere nolunt, plures alij inſurgant inimici qui eos affligant. *In Dominicali dominica 21. poſt Pentecoſt. concio. 2. numero 62.*

25. Inimicum diligere eſt actus maioris charitatis, & meriti quam dilectio amici. *In communi Apoſtol. conc. 2. nu 17. & 4 Quadr. fer. 6 poſt Cineres nu. 25.*

26. Inimicis parcentes ſibi ipſis parcere. *1. Quadr. Domin. 4. fer. 4. num. 7.*

27. Inimicorum perſecutiones ſancti exoptabant: quia deſiderabant à Deo nũquam ſeparari, & in eo fixos, firmoſq; eſſe quod per perſecutiones comparatur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Iacobi nu. 12.*

28. Æquo animo iniuriã tolera cum tantæ ſit tibi vtilitatis atque prouentus. *In Aduent. conc. 1. Conuerſionis Pauli nu. 13.*

29. Vt inimicos poſſis diligere iniuriarum ab illis acceptarum ne memineris, nec verbo, nec cogitatione. *3. Quadr. fer. 6. poſt Cineres numer. 8.*

30. Et quia, quamuis iniurias non vindicas, Deus ipſe quando viderit oportere, pro te vltionem ſumet. *In Dominicali dominica 25. poſt Pente. conc. 2. nu. 70.*

31. Ad iniurias, & contemptus mundi contemnendos & patienter tolerãdos conſidera, quo magis te mundus contemnit, eò pluris te æſtimat Deus. *In proprio Sanctorum conc. 1. Aſcenſionis num. 28.*

32. Qui in iniurijs ſibi illatis tacet, voluptatem, & gaudium impetrabit, & triſtitia ei in lætitiam conuertetur. *In proprio Sanctorum conc. 2 Aſſumptionis B. Mariæ nu. 25.*

33. Vt iniurias tibi illatas propter Dei amorem quaſi non ſentiendo libenter patiaris, vide *in Dominicali domin. 4. Aduent. conc. 1. num. 8.*

34. Iniuria non eſt proprijs manibus vindicanda, ſed Deo vindicta relinquenda, quia Deus tanquam proprium negotium vltionem earum accipiet, & acriter eos puniet. *In Aduent. conc. 3. Innocentium num. 20. & ibi conc. 2. Stephani nu. 21.*

Et quamuis interdum id Deus ſimulat cum tamen homines minus cogitant: pœnas repetit. *In Aduent. conc. 2. Stephani numero 22.*

35. Quia iniuſtum eſt vos odiſſe, quem Deus tantopere dilexit, tantiq; emit. *In communi Apoſtolorum conc. 2. nu. 16.*

36. Quia alias, eiſdem armis quæ ad nocendum proximum apprehendis, iuſto Dei iudicio interficieris. *1. Quadrag. Dominica in Paſſione fer. 6. num. 9.*

Præfatæ omnes rationes, & conſiderationes proderunt ad perſecutiones inimicorum patienter ſufferendas: pro quo etiam vide tribulatio, vbi plures alias inuenies collectas.

Amplificari poteſt hic locus ex verbo, amor proximorum.

Iniuria, nobis illatas remittere, vide verbo inimicus. §. inimicorum iniurias remittere. De iniurijs patienter perferendis, vide etiam in illo §. & verbo patientia, & verbo tribulatio.

Inobedientia, vide obedientia.

INQVIE-

Baptistæ num.19. vbi latè, & conc. 2. num 30. & conc. 3. num. 28. & conc. 4. num. 2. vbi latissimè.

Ioannis Euangelistæ laudes, & excellentiæ. *In Aduent. conc. 1. Ioannis Euangelistæ, num. 28. & 33. & conc. 2 nu. 23. vsq; ad finem concionis, & conc. 3. nu. 13. vsq; ad 21. & conc. 4. nu. 17. vsq; ad 29.*

IRA.

IRam nec breuissimo quidem temporis momento in nobis requiescere patiamur. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum num 30. in Dominicali domin. 5. post Pente. conc. 1. num. 30.*

Aliquam in humano corde iram exurgere non est mirum: illam tamen sic in eo accrescere, vt iræ mancipium homo efficiatur stupendum est. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum nu. 27.*

Ira excæcat mentem, & insanire facit. *1. Quadr. Domin. 3 fer. 2. nu. 21. & 3. Quadr. domin. 4 fer. 3. num. 24. & in proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum nu. 29.*

Irati seipsos vincere studeant. *1. Quadr. dominica in Passione fer. 3 num. 5.*

Quousque ira aut quiuis alius animi affectus deponatur, nihil est agendum aut dicendum. *4. Quadrag. Dominica in Passione numer. 31.*

Etsi possis irasci, & odire vitia tuorum proximorum, satis tamen est eorum casus compati, quam in ipsos irasci. *In Dominicali domin. 5. post Pente. conc. 1. nu. 20.*

Ira plurimorum malorum fons & origo est. *In Dominicali dominica 5. post Pentecost. conc. 1. num. 21.*

Ira deliberata insipientiam arguit. *In Dominicali dominica 5 post Pentecost. conc. 1. numer. 22.*

Ira in prælatis, Dominis, vel parentibus pro qualitate criminum non reprehensibilis, sed sancta est. *In Dominicali dominica 5. post Pente. conc. 1. num. 23.*

Ira in tantum erit bona in quantum ratione regulabitur. *In Dominicali domin. 19. post Pente. conc. 1. num. 88.*

Ira expellit ab homine deuotionis ac diuinæ gratiæ rorem. *In Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 1. nu 55.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, odium.

Iter agentes, exercitia virtutum non omittant, nec Dei tunc obliuiscantur, cum maiora, & plura infortunia, tunc quam antea illis immineant. *In proprio Sanctorum conc. 2. Petri & Pauli nu. 2. & in Dominicali dominica 13. post Pente. conc. 1. num. 7.*

IVDICIVM.

§. *IVDICIVM FINALE, VNIuersale, & particulare.*

IVdicij dies præ oculis semper à nobis habendus. *Dominica 1. Aduentus conc. 1 numer. 13.*

Et perpetuo meditandus. *Dominica 1. Aduent. conc. 1 nu. 32.*

Sicque plurima mala fugiemus, & plurima bona operabimur. *In Aduent. Domin. 1. post Epiphaniam nu 3.*

In iudicij die quam stricta ratio reddenda. *3. Quadr. Dominica 1. feria 2. num. 34. & in communi confes pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc 2. nu. 24. & in proprio Sanctorum conc. 1. feria 2. Pente nu. 17.*

Quæ maximè timenda est. *Dominica 1. Aduent. conc. 2. num. 13.*

Hanc rationem Deus ipse ab hominibus exigere vult, nec id munus alteri committit. *Dominica 1. Aduent. conc. 2. nu 8. vbi duas huius rei adducit causas, & in proprio Sanctorum conc. 1 fer. 2. Pent. num. 17.*

Quam terribilis erit Aduentus filij Dei ad iudicium. *Dominica 1. Aduent. conc 1. num. 4. vbi ex professo, & conc. 4 sequenti nu 28. & in Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 2. nu. 21. & in Dominicali domin. 21. post Pente. conc. 1. numer. 39.*

Meditatio huius aduentus viros summè etiam perfectos metu exalbescere fecit. *Dominica 1. Aduent. conc. 1. numer. 8 & in Dominicali dominica 8. post Pente. conc. 2. numero 33.*

In iudicij die omnia peccata quantumuis occulta, & verenda, coram omnibus cœlestibus, &

bus,& terrestribus esse manifestanda considerandum. 3. *Quadrag. Dominica 1. feria 3. num. 17.*

In illo iudicij spectaculo cur omnes creaturæ erunt congregatæ. 3. *Quadr. Domin. 1. fer. 2. num. 14.*

Et quare venient tunc cum Christo omnes Angeli,& omnes Sancti. 3. *Quadr. Domin. 1. fer. 2. num. 11.*

In iudicij die peccata iustorum in sui honorem,&gloriam manifestabuntur. 3. *Quadr. Dominica 1. feria 2. num. 19.*

Iudicij dies dies exoptandus. 3. *Quadr. Dominica 1. feria 2. nu. 3.*

Iudicium finale prædictum est in sacra scriptura,vt ad illũ nos præparemus. 3. *Quad. Domin. 1. feria 2. num. 2.*

In hac die summam illam indignationem, quam erga peccatores habet Deus implebit. *Dominica 1. Aduent. conc. 1. num. 8.*

Quæ ira illis maximo terrori erit. *In Dominicali domin. 21. post Pentecost. conc. 1. numer. 15.*

Diuini iudicij memoriam ex animis nostris tollere diligentissimè diabolus curat. *Dominica 1. Aduent. conc. 1. nu. 12. & in Aduent. nu. 1. post Epiphan. conc. 3. nu. 6.*

Quare proponit nobis Ecclesia Euangelium iudicij tempore Aduent. *Domin. 1. Aduent. conc. 1. nu. 15.*

Cur illa mirabilia signa in sole, & luna, & stellis in die iudicij apparebunt. *Dominica 1. Aduent. concio. 1. numer. 17. & conc. 2. numero 8.*

Res istæ mirabiles, quæ tunc apparebunt, gaudium, refrigerium, & consolationem parient bonis. *Dominica 1. Aduent. conc. 1. num. 21. & conc. 2. sequenti num. 15. & 3. Quadrag. Dominica 1 feria 2. num 21. & in communi confess. non pontif. Euang. Sint lumbi vestri, &c. conc. 2. nu. 6.*

Si arbores, & aliæ creaturæ insensibiles, quæ non peccarunt neque peccare potuerunt in hoc die afflictionem patientur, quam afflictionem habebunt homines peccatores? *Dominica 1. Aduent. conc. 2. nu. 9.*

Vnum ex negotijs ad quos filius Dei fuit in mundum missus, fuit ad prædicandum diem iudicij. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. numero 4.*

Illa die omnes creaturæ vniuersusq; mundus aduersus peccatorem surgere debent. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. numer. 7. & numer. 10.*

Cum nunc multa in peccatoribus Deus dissimulet, tunc prægnans (vt ita loquar) insurget in peccatores. *Domin. 1. Aduent. conc. 3. num. 8.*

Illa die sancti (qui omnes nostri intercessores nunc sunt) fient nostri accusatores. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. nu. 11. & conc. 4. nu. 29.* Eruntque testes aduersus peccatores. *conc. 3. num. 23.*

Iudicij dies certissimus est; sed ignotus. *In 1. conc. funerali nu. 32.*

In iudicij die iusti quàm læti, peccatores quam confusi,&tristes erunt. 3. *Quadr. Dominica 1. fer. 2. nu. 21.*

De terrore peccatorum in illa die, vide *Dominica 1. Aduent. conc. 2. nu. 33.*

In iudicij die quantum homines trepidabunt. 3. *Quadr. Domin. 1. fer. 2. nu. 30.*

In iudicij die non poterunt mali sua peccata excusationibus (sicut modo faciunt) occultare. *Dominica 1. Aduent. conc. 2. numer. 35.*

In iudicij die qui magis Dei bonis vtitur minorem habet reddendam rationem: quam is qui minus eis est vsus. *In communi confess. Euangel. Homo quidam peregre, &c. conc. 2. num. 25.*

Illa die nullus erit peccatori recursus. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. nu. 27.*

Si iudicij diem certo cognosceremus, magis nobis noceret quam prodesset. *In communi confess. non pontif. Euangel. Sint lumbi vestri, &c. conc. 3 nu. 2.* vbi latè plurimasq; causas adducit, ob quas voluit Deus hunc diem nobis esse ignotum.

In iudicij die iusti erunt simul cum Christo iudices. *In communi confess. pontif. Euangel. Ecce nos reliquimus omnia, &c. conc. 2. numer. 19.*

In iudicij die plurima opera, quæ optima hic reputabantur, vilia esse ostendetur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Ioannis Baptistæ numer. 3.*

Illa die puniet Deus non solùm peccato-

res: sed ea etiam quæ peccato seruiebant, quamuis insensibilia sint. *Dominic.1. Aduent. conc.4.nu. 23.*

In iudicij die cur Deus cum tanta maiestate veniet. *3. Quadrages. Dominica 1. feria 2. num. 8.*

Hoc iudicium nulli Prophetarum fuit occultum, omnesq; de illo scripserunt: quia vidit Deus plurimũ referre, vt illud nobis semper versaretur ob oculos. *Dominic.1. Aduent. conc.4.num.8.*

Ante iudicij diem iudicium tui ipsius te facere consulit Deus. *Dominica 1. Aduent. conc.4.num. 8.*

Quod iudicium statim fac. *Domin. 1. Aduent conc. 4. num. 11.*

Iudicij memoria admirabiles profert effectus. *1. Quadr. Domin. 2. fer. 4. nu.7. & fer.5. sequenti nu.16.*

Maximè prodesset assiduè ante oculos tuos proponere, te iam coram seuero superni iudicis esse tribunal. *In Dominicali dominica 8. post Pentecost. conc.2. nu 20. vbi ex professo.*

Alphabetico ordine in extremo iudicio reddenda est ratio. *3. Quadr. Domin. 1. fer.2. num. 32.*

§. IVDICIVM TEMErarium.

PRoprios defectus manifestos omittimus, & ad scrutandum, & iudicandum proximorum corda nos conferimus. *In proprio Sanctorum conc. 2. Magdalenæ numero 13.*

Iudicare temere aliorum cogitationes quã malum. *4. Quadrag. Dominica Passionis nu. 6. & in Dominicali domin.18. post Pent. conc. 2. num.20.*

Iudicium malum & temerarium de proximi vita ferre impium esse. *1. Quadr. Dominica 4. feria 3. nu.35. & 2. Quadr. conc. Cinerum nu.18. & in Dominicali domin. 8. post Pente. conc.1. nu. 35.*

Et cordis iniqui, & malitia pleni signum. *2. Quadr. quinquagesima nu.38.*

Et perniciosissima tyrannis. *In propr. Sanctorum conc. S. Ioseph. nu. 2.*

Iudicium malum de proximorum operibus ferre, ingenium diaboli est. *3. Quadr. Domin.3. num.13.*

Et est peccatum peioribus hominibus communius. *3. Quadrag. Dominica 3. feria 5. num. 25.*

Iudicia hominum, quam falsa & iniqua. *In proprio Sanctorum conc. S. Ioseph. nu.3.*

Iudicat vnusquisq; alios, secundum quod ipse est. *3. Quadrag. Dominica 4. feria 4. nu. 7. & in Dominicali dominica 8. post Pente. conc.1. num.35.*

Non solùm vult Deus ne temerè alios iudicemus: verum ne alijs iudicandi occasionem præbeamus. *In proprio Sanctorum conc. S. Ioseph. nu.5.*

Iusti de proximis non cogitant malum. *3. Quadr. Dominica 3. fer.5. nu. 27.*

IVDICES.

IVdex non sit acceptor personarum. *In Aduent. conc.1. Epiphaniæ nu 30. & in Dominicali dom.6. post Pente. conc.1. nu 30. & 1. Quadr. fer.5. post Cineres nu. 16. & 1. Quadr. Domin. in Passione nu.21. & 2. Quadr. Sabbatho post Domin.3. nu 22. & in Dominicali domin.20. post Pente. conc.2. nu.51.*

Iudicium gubernatorum proprium munus est pauperes, & viduas protegere, & ad fauendum eis in suis causis sese offerre. *1. Quadrag. Dominica 5 fer.5. nu.16. & Dominica 4. antecedenti fer 5. num.3.*

Iudicium in ferendis iudicijs rectitudo, & integritas quanta esse debet. *1. Quadr Dominica in Passione nu.21. & 2. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. nu.17. vbi latissimè.*

Iudicium malitia sæpè efficit, vt rationabile illis appareat, quod totius rationis est expers. *1. Quadragesim. Dominica in Passione num. 19.*

Iudex quas conditiones habere debet. *In Aduent. conc.1. Epiphaniæ nu 30 & in Dominicali domin. 9. post Pente. conc 2 num.18.*

Iudices in proprijs causis non sunt recti, & iusti: & quare. *2. Quadr. Dominica 2 feria 6. num.3.*

Non oportet quod iudices sint pauperes, nec auari. *2. Quadr. Sabbatho post Dominicam*

cam 3. num. 20.

Iudices iniquam sentētiam ferentes quantum damnum causent. *2. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. num 23.*

Iudicem indignum constituere dicit Spiritus sanctus esse ordiri telam aduersus Deum. *Dominica 3. Aduent. conc.1. num. 12.* vide circa hoc plurima in verbo prælatorum electio.

Iudices quantumuis à litigatoribus stimulentur, vt cito sententiam proferant prius attentissime considerent qualiter iudicare debent. *2. Quadr. Sabbatho post Domin. 3 n. 27. & 3 Quadr. eadem fer. nu. 23.*

Iudices super omnia præstanti animi magnitudine, & inuicto robore præditi esse debent. *3. Quadr. Dom. 4. fer. 2. nu. 9.*

Iudicum seueritas, & supplicium (proh dolor) in pauperibus tantum modo exercetur. *3. Quadrag. Dominica 4 feria 2. nu 11. & in Dominicali dominica 9. post Pente. conc. 2. num. 21.*

Iudices qui peccata simulant eadem pœna, ac illi qui ipsa committunt (si non grauiori) à Deo plectentur. *3. Quadrag. Dominica in Passione nu. 21.*

Iudices, & gubernatores impios punire, est vnum ex efficacissimis remedijs ad Dei iram placandam. *3. Quadrag. Dominica in Passione num. 22.*

Vt iudices exequantur leges concinna exhortatio. *1. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 29.*

Iudices vt puniant peccata, prius debent ab eisdem peccatis mundari. *1. Quadr. Sabbatho post Domin. 3. num. 31. & 2. Quadr. eadem feria num. 21.*

Vna ex rebus quibus iudices, & gubernatores mederi præcipuè debent, & diuitum, & potentum in pauperes tyrannis, & violentia. *In Aduent. conc. 1. Andreæ num. 16.* vbi edisserit de his, quæ erga pauperes debent præstare iudices.

Iudices nō sint largitionum, ac munerum cupidi, ne eis corrumpantur. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. nu. 30.*

Iudex maximam fortitudinem habere debet. *In Dominicali domin. 9. post Pente. conc. 2. num. 23.*

Iudices sunt efficaces iustitiæ executores. *In Dominicali dominica 8 post Pente. conc. 1. num. 32.*

Iudices nisi sufficientissima examinatio præcedat non præcipitentur ad iustitiam exequendam. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. num. 33.*

Impatiens iudex esse non debet. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. nu. 38.*

Amplificabitur hic locus ex verbo prælatus vbi plurima, quæ huc spectant.

IVRAMENTVM.

IVrare cum causa & alijs circunstantijs, est actus adorationis latriæ, meritorius, & honorabilissimus. *In communi vnius martyr. Euangel. Amen dico vobis. conc. 1. numer. 4.*

Et laudabilis. *In Aduent. conc. 3. Circuncisionis num. 32.*

Et quod sit meritorius probat. *conc. 4. Circuncisionis nu. 24.*

Quæ sint istæ circunstantiæ docet. *conc. 4. Circuncisionis nu. 24.*

Iuramentum falsum maius malum quam homicidium *In communi vnius mart. Euangel. Amen dico vobis. conc. 1. num. 1.*

Iuramenta violantes non solùm in futuro, sed in hoc etiam seculo acerrimè Deus punit. *In communi vnius marty. Euang. Amen dico vobis. conc. 1. nu. 7.*

Iuramentum hac etiam de causa grauissimum est peccatum, quod non habet delectationem, lucrum, & vtilitatem, quæ sunt aliorum vitiorum incentiua. *In Aduent. conc. 1. Circuncisionis nu. 29.*

Sicut concubinarius nisi occasionē tollat, absolui nequit, ita nec qui passim temere iurat. *In Aduent. conc. 2. Circuncis. nu. 34.*

Iuramenta quanti facere veteres gentiles. *In Aduent. conc. 2. Circuncisionis nu. 35. & con. 4. num. 23.*

Non solùm periuros sed eorum etiam domos Deus punire vult. *conc. 4. Circuncisionis num. 25.*

Quod alio modo probari potest, iuramento confirmandum non est. *conc. 3. Circuncisionis nu. 31.*

IVSTIFICATIONIS *Beneficium.*

IVstificationis beneficium, quodammodo maius est beneficio glorificationis. *1. Quadrag. Domin. 2. nu. 17. & in Dominicali domin. 3. post Pente. conc. 1. nu. 18.*

Licet iustificationis præcipua causa Deus sit, vult tamen vt homo omnem diligentiam adhibeat, ac si solus suæ iustificationis author esset. *In communi Sanctarum mulierũ conc. 4. num. 10.*

Iustificationis effectus *4. Quadr. Dominica 1. fer. 6. num. 2.*

Iustificationis discursus. *3. Quadr. Domin. Passionis fer. 5. nu. 14.*

Iustificatio non ex sola fide, vide fides.

Iustificationem peccatorum, & salutem animarum maximè Deus esurit. *In Dominicali, dominic. 3. post Pentec. conc. 2. nu. 7.*

Ad iustificationem peccatoris requiritur propria fides, & propria dispositio. *In Dominicali dom. 18. post Pentecost. conc. 2. numer. 19.*

Iustificare peccatorem magis est, quam cælum terramque creare. *In Dominicali dominica 18 post Pentec. conc. 2. nu. 34.*

Iustificatio variè accipitur in sacra scriptura. *1. Quadr. Dom. 4. fer. 4. nu. 20.*

IVSTITIA.

IVSTITIAM etiam in eos quos maximè diligimus esse exercendam. *1. Quadra. dom. 1. fer. 3. nu 6.*

Iustitiæ æquitatem ad pacem summe esse necessariam. *2. Quadrag. dominica in Ramis, nu. 7.*

Supplicium quod humana iustitia de aliquib. peccatoribus sumit, est ad aliorum correptionem. *In Aduent. dominica 5. post Epiph. conc. 3. nu. 18.*

Iustitia sæpissime in Sacra scriptura non pro vna ex quatuor cardineis virtutibus accipitur, sed omnem virtutem significat. *In Dominicali Dominica. 5. post Pentecost. conc. 2. num. 7.* vbi late (vbi etiam de diffinitionibus iustitiæ agit) *& dominica 8. post Pentec. conc. 2. num. 3.*

Cum iustitia sit habitus, secundùm quem ius suum vnicuiq; tribuitur; & cum tres sint, quibus ius suum tribuere debemus; Deus, nos, & proximus: Deo animam nostram: nobis nostrorum appetituum, & affectionum mortificationem, proximo vero bonum exemplum quo eum prouocemus ad bene operandum, debemus. *In Dominicali, dominica 5. post Pentecost. conc. 2. n. 9. vsq; ad num. 26.* vbi latissimè, & ex professo. *& ibi dominica 22 concio. 2. nu 30. vbi latè.* quid nobis, *nu. 31.* quid proximo; *nu 33.* quid Deo, *nu. 39. vsq; ad 47.*

Iustitiæ executio valde necessaria. *In Dominicali dominica 9. post Pentecost. conc. 2. nu. 18.*

Iustitia non fit, neq; iudicium, quando iustus cum impio punitur. *In Dominicali dominica 5. post Pentec conc. 2. nu. 27.*

Iustitia Dei, & de eius erga nos vindicta punitione, & suppliciis, vide verbo, supplicia Dei.

IVSTVS.

IVsti pauci: mali plurimi. *In communi vnius mart. conc. 1. num. 1.*

De iustis detractio, vide detractio.

Iustorum opera, vide, opera.

Iustorum timor Dei, vide, litera. T.

Iusti sunt qui tot Dei seruitio sunt dicati. *3. Quadr. dominica quinquagesima. nu. 5.*

In iusti domo omnes in seruitio Dei occupantur, secus in domo impij. *2. Quad. dominica in Ramis, nu. 30.*

Iustus à peccatoribus insidiatur, & odio habetur: & quare. *3. Quadrag. dominica in Passione fer. 3. nu. 10. vbi latè.*

Et eius præsentia maximè onerosa est malis. *Dominica 3 Aduent. conc. 1. nu. 10.*

Quando iustos alicui oppido Deus elargitur, maxima misericordia cum illo vtitur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Ioannis Baptistæ, nu. 4. vbi latè.*

Sæpè cum iustus cogitat Deum ipsum nõ audire, & abesse; tunc maximè adest, & audit. *4. Quadragef. dominica Resurrectionis fer. 2. nu. 6.*

Iustorum animas vi quadam vehementissima

§. IVSTORVM CONDITIONES, *proprietates, & mores.*

proprium. *In proprio Sanctorum conc. S. Ioseph num 16.*

Iustorum est iniurias eis irrogatas excusare potius, & minuere, quam augere. *4. Quadr. Domin. in Ramis nu. 13.*

Iusti maxima gloria afficiuntur propter aliena peccata. *1. Quadr. Dominica in Passione fer. 5. num. 22.*

Iustorum est aliorum peccata minuere, & excusare, sua vero grauissima esse ducere. vice versa peccatores faciunt. *In Aduent. conc. 2. conuersionis Pauli numer. 18. & in Dominicali dominica 8. post Pentecost. concio. 1. numer. 20.*

Iusti ita viuant, vt interius, & exterius eorum iustitia illucescat. *In Aduent. Dominica 5 post Epiphaniam conc. 2. numer. 25. & in Aduent. Dominica 6. post Epiphaniam conc. 1. num. 15.*

Iustus de nullo male iudicat, sed de omnibus bene cogitat. *In Dominicali domin. 8. post Pente. conc. 1. num. 35.*

§. *DIVINA PRIVILEGIA QVIbus iusti gaudent: ipsorumq; excellentia & dignitates.*

IVsti omnes etiam in hac vita sunt beati. *In communi plurim. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 2. num. 14*

Iusti omnes quamuis humilis conditionis sint, quam illustres sint in Domino. *In communi Doctorum conc. 4. nu. 18.*

Deus iustorum causam propriam efficit. *In Aduent. conc. 2. Stephani nu. 20.*

Iustus est lex. *In communi Doctorum conc. 4. nu. 18. vbi latissimè.*

Iustus est verè, & absolutè magnus: & quare. *In communi Doctorum concio. 4. numero 30.*

Iusti maxima tranquillitate, securitate, gaudio, fiducia, & pace perfruuntur. *In communi confess. non pontif. Euangel. Sint lumbi vestri, &c. conc. 2. nu. 3. & in proprio Sanctorum conc. S. Ioseph. nu. 15 & ibi conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 19. & 4. Quadr. conc. quinquag. nu. 14 & 4. Quadr. Dominica in Passione nu. 28. vbi latè.*

Propter iustorum orationes elargitur Deus bona, & temporalia, & spiritualia. *1. Quadr. Dominica 3. feria 5. num 16.*

Iusti sunt veri reges. *4. Quadrag. Dominica in Ramis num 17. & numer. 28. & in Dominicali domin. 14. post Pentecost. conc. 1. numero 8.*

Iustus indies melior efficitur. *1. Quadr. dominica 4. nu. 14.*

Iustorum priuilegium est nil timere aut trepidare. *3. Quadr. Domin in Passione nu. 19. & in proprio Sanctorum conc. vna S. Ioseph. nu. 15. & ibi conc. 4. Incarnat. nu. 9.*

Et nulla necessitate superari. *3. Quadr. Domin. in Passione fer 6. nu. 21.*

Iustorum Deus paternam curam habet. *4. Quadr. Dominica Resurrectionis fer. 2. nu. 2. & in Aduent. Dominica 4. post Epiphaniam conc. 2. nu. 26.*

Iustorum animas tanti Deus æstimat, vt eas in manu sua retineat: nec vllo vnquam tempore ab eis oculos amoueat. *In proprio Sanctorum conc. vna. decollationis Baptistæ num. 7.*

Iustos Deus tantum honorat, & æstimat, vt suam potentiam, virtutem, sapientiam & bonitatem, insuper, & nomen suum eis communicet. *In proprio Sanctorum conc. 3. Petri & Pauli nu 9 & in Aduent. Domin. 1. post Epiphaniam conc. 3. nu. 11.*

Iusti felicissimus status à Psalmista depictus consideratur, & declaratur. *Dominica 2. Aduent. conc. 2. num 30.*

Iustorum intercessione plurima bona mali recipiunt. *In proprio Sanctorum conc. 1. Ioannis Baptistæ nu. 15.*

In iustis quam de assueto Deus venit, quamque fortiter sunt cum Deo iusti ligati. *In proprio Sanctorum conc. 3. die sancti Pente. num. 17.*

Iustis tantum Deus defert honorem, eorumque sibi exhibita ministeria tanto æstimat, vt nullum eis nomen inuenire videatur. *In proprio Sanctorum conc. 2. D. Francisci nu. 26. vbi latè.*

Propter iustos glorificatur Deus: & quare. *3. Quadr. Domin. 4. fer. 6. nu. 18.*

Iusti soli veris gaudijs etiam in hoc seculo fruuntur. *3. Quadrag. Dominica in Passione feria 4. num. 20.*

Iusto-

Iustorum nunquam Deus obliuiſcitur: imò tunc maximè illis adeſſe ſolet, cum minus id illi cogitant *In proprio Sanctorum conc. vna S. Ioſeph. num. 23.*

Iuſti ſoli viuunt, mali autem etiam viuentes moriuntur. *3. Quadrag. Domin. 1. feria 6. num 22.*

Iuſti honorem quanti Deus æſtimet. *In proprio Sanctorum conc. vna S. Ioſeph. nu. 6.*

Cum in iuſtis Deus ſit: ſtatim eorum bonitas manifeſtatur, & innoteſcit omnibus *3. Quadr. Dom. 1. fer. 5. num. 6.*

Iuſtus nulla re quæ illi accidere in hac vita poteſt, deterretur: mali autem leuiſſima quaque re turbantur. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis nu 9.*

Iuſti ſunt veſtes, & ornamenta Eeclefiæ: imò & ipſius Chriſti. *In proprio Sanctor. conc. 1. Inuentionis crucis num. 23.*

Iuſti anima vera, & perfecta pulchritudine prædita eſt. *In proprio Sanctorum conc. 2. B. Mariæ ad Niues nu. 31.*

Iuſtorum maximum priuilegiũ eſt Deum cum illis familiariſſimè conuerſari. *3. Quadr. Domin. 3. fer. 2. nu. 28.*

Nihil eſt in iuſto quod Deus permagni non æſtimet. *In Aduent. Domin. 6. poſt Epiphaniam conc. 1. nu. 17.*

Si Deus efferri ac ſuperbire poſſet, vnius iuſti ſanctitas ei elationis atque ſuperbię eſſet occaſio. *In Aduent conc 3. Purificationis B. Mariæ num. 20.*

Pluris Deus facit eſſe Dominum alicuius animæ iuſtæ, quam totius cœli, & terræ. *In Dominicali domin. 18. poſt Pente. conc 1. nu. 9.*

Iuſtus etiam dormiendo Deo placet. *3. Quadr. Domin. 2. fer 3. nu. 7.*

Iuſti ſunt Dij. *3. Quadrag. Domin. 3 fer. 2. num. 26.*

§. *IVSTORVM LABORES, PERſequutiones, contradictiones, & tribulationes.*

IVſtos tribulationibus, fame, perſecutionibus, & laboribus affligi Deus in hac vita permittit magis quã peccatores, quia illos in maiori dignitate conſtituere vult. *In proprio Sanctorum concio. 3. Petri & Pauli numero 27.*

Et quia nulla iuſtorum perſecutio aut afflictio in ipſorum detrimentum reſultauit: ſed potius hæ omnes anguſtiæ maiori illis gloriæ fuerunt: & ex his locupletiſſimas coronas compararunt. *In proprio Sanctor. conc. 3. omnium Sanctorum nu. 28. in Aduent. conc. 1 Stephani num. 2. & ibi conc. 2. Epiphaniæ num. 25. & ibi Dominica 5 poſt Epiphaniam conc 1. num. 31. & Domin 2. Aduentus conc. 1. num. 6 & 3. Quadr. Dominica 2 feria 5 num. 26. & in Dominicali domin. 4. poſt Pentecoſt. conc. 2. nu 13. & in communi Apoſtolor. conc. 4. nu. 21. & 24. vbi latè.*

Et quia hac via itur in cœlum. *In proprio Sanctorum conc. 2. Aſſumptionis B. Mariæ nu. 18.* De quo vide plurimas remiſſiones verbo, gloria.

Et ne humanas res ament. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu. 8.*

Et vt experimento cognoſcerent iuſti, quid fuerit Chriſtus eorum cauſa perpeſſus. *In communi Apoſtolorum conc. 4. numer. 21. & 24.*

Et propter maiorem ipſorum vtilitatem. *In Aduent. Domin. 1. infra octauam Natiuit. nu. 31. & ibi conc. 1. Stephani num. 5.*

Et ad experiendum, & probandum illos. *In Dominicali dominica 3. poſt Paſcha conc. 1. nu. 23. & ibi Dominica infra octauam Aſcenſionis conc. 5. nu. 4.*

Et vt maioris inde meriti ſumatur occaſio. *In Aduent. conc. 1. Natiuitat. nu. 12.*

Et ne vlla re retardari poſſint. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu 8.*

Et vt cœleſtis quies videatur trãſacto iam labore ſuauior. *In Aduent. conc. 1. Stephani num 8.*

Et vt ſic in cognitionem ſuæ miſeriæ iuſtus deueniat. *In Dominicali domin. 3. poſt Paſcha conc. 2. nu 6.*

Et vt ardentius cœlum exoptantes maiori odio ſecularia omnia deteſtentur. *In communi vnius martyr. tempore Paſchali conc. 1. numer. 22.*

Et vt eximia iuſtorum virtus clarius illuceſcat. *In Aduent. Dominica 5. poſt Epiphan. conc. 2. nu 13.*

Et quia eorum iuſtitiam non temporalibus,

libus, sed æternis præmijs vult Deus persoluere. *In Dominicali domin. 20. post Pentecost. conc. 2. nu. 42.*

Et quia tribulationibus, & persecutionibus amplius in Dei amore exardescit iustus. *In proprio Sanctorum conc. 1. Assumptionis B. Mariæ num. 4.*

Hos iustorum labores non solum in cœlo, sed etiam in terris Deus sæpissimè persoluit. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 2. num. 23.*

Affliguntur hic iusti, vt postea regnent in cœlo, triumphant hic mali, vt æterna patiantur tormenta. *Dominica 2. Aduent. conc. 3. nu. 2. & 5.*

Iustos asperrimè, peccatores suauissimè Deus tractat, ne illi superbiant, isti desperent. *5. Quadr. Dominica Passionis fer. 5. nu. 2. & 5. vbi latè.*

Nunquam Deus finit iustorum persecutionem eo deuenire, vt eos peccare faciat, aut in desperationem, aut in patientiam cadere. *In Aduent. conc. 1. Dominica infra octauam Natiuitatis nu. 31.*

Deus non à corporalibus, sed à spiritualibus plerunque incommodis iustos liberat. *In proprio Sanctorum conc. vna, decollationis Baptistæ nu. 2. vbi latè.*

Tunc iusti animæ indulgent, cum corpus asperè tractant. *In proprio Sanctorum conc. 2. exaltationis Crucis num 21.*

Iustorum persecutiones persecutoribus ipsis detrimento esse solent. *Dominica 2. Aduentus concio. 2. numer. 13. & in Dominicali dominica 24. post Pentecost. conc. 1. numero 32.*

Mundus & eius asseclæ non tantum Christum oderunt, & cruci affixerunt: sed ipsius etiam amicos, & sectatores modo persequuntur, & crucifigunt. *In Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 3. nu. 12.*

Iusti in medio laborum spiritus gloria & dulcedine perfruentur. *In proprio Sanctorum num. 18. & in Dominicali domin. infra octauam Ascensionis conc. 1. num. 15. & conc. 2. numer. 13.*

Et interiori consolatione, & lætitia. *In communi plurimorum martyr. Euangel. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 3. num. 12. & in Dominicali dominica 14. post Pentec. conc. 1. nu. 25.*

Labores quos iusti pro gloria pertulerunt, eis peculiaris gaudij erunt incitamento: & tristitia iustis in gaudium, & æternam requiē conuertetur. *In Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 2. nu. 24. vbi latè, & ex professo, & conc. 3 sequenti nu. 13.*

Econtra verò impijs, voluptates in æterna tormenta conuertentur. *In Dominicali dominica 3 post Pascha conc. 2. nu. 38.*

Iusti in medio tribulationum quam securi sunt, & quam protecti à diuina misericordia. *In communi plurim. mart. Euang. Cum audieritis prælia, &c. conc. 1. nu. 22.*

Omnes iustorum labores quos in hac vita patiuntur breuissimi sunt: gaudia autem, quę propter ipsos consequuntur æterna. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 2. num. 18. vbi latissimè: & 3 Quadr. Sabbatho post Dominicam Passionis nu. 22. & 4. Quadr. Dominica 2 num. 18. & in proprio Sanctorum conc. vna S. Ioseph nu. 24. & in Dominicali dom. 3. post Pascha conc. 3 nu. 14.*

Iustos maximam patientiam habere est necessarium ad perferenda odia, quæ ob honoris Dei defensionem, & deprauatorum morum reprehensionem in eos concitantur. *Dominica 2. Aduent. conc. 2 nu. 4. & in communi Euangelistarum conc. 4. nu. 8.*

Quando iustum in hac vita afflictum vides, tu qui peccator es, plorare, & de conuersatione tua cogitare debes. *Domin 2. Aduent. conc. 3. nu. 6. vbi latè.*

Iustorum labores quam largiter Deus exoluit. *In communi plurimor. mart. Euangel. Si audieritis prælia, &c. conc. 1. nu. 26 & in communi plurim. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 3. num. 12 & 2. Quadrag. Dominica 2. feria 5. numer. 28. & in Dominicali dominica 20. post Pentecost. conc. 2. numero 43.*

Iusti ex omnibus tam prosperis, quam aduersis vtil tatem sibi percipiunt. *In Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 7.*

Iustos qui persequuntur quam malum finem habeant. *3. Quadr. Domin. 2 feria 2. numero 15.*

Iusti vita perpetuum hic est captiuerium,

pro

pro quo in alia vita fœlici redemptione, ac libertate perfruetur. *Dominica 2. Aduent. conc. 3. num. 17.*

Ab initio mundi, sicut nostris etiam temporibus mali iustos persequuti sunt ob maiorem malorum condemnationem & maiorem iustorum coronam. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu 12. & in communi Euangelistarum conc. 4. nu. 8 & in Dominicali domin. 24. post Pente. conc 1. num. 30.*

Iustos prædestinatos solet Deus in hoc sæculo punire, præscitos vero impunes relinquere: & quare. *In communi vnius mart. tempore Paschali conc. 1. nu 20.*

Quam necessarium sit iustos laboribus, & persecutionibus, tanquam mallei ictibus contundi. *In Aduent. concio. 1. Stephani numero 4.*

Quibus vijs mundus conatur destruere iustos, eisdem Deus eos erigit, & magnificat. *In communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc. 3. nu. 3.*

Plurima Deus artificia excogitat, vt iusti persecutiones, & labores patiantur. *In Aduen. conc. 2. Epiphan. nu. 25.*

Iustorum gaudia, & indulgentiæ quibus Deus illos consolatur, superant labores quibus illos affligit. *4. Quadr. conc. quinquagesima nu. 35.*

Proprium est iustorum, & Dei electorum labores pati. *In communi Apostol. conc. 3 num. 23. vbi latè.*

Iusti tam placido ac sereno vultu omnia aduersa sufferunt, totque sunt ipsorum labores, vt non solum hominibus verum etiam Angelis admirationis spectaculum facti sint. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc. 1. num. 14.*

Persecutiones quibus mali iustos affligunt quantum illi prosint. *In Aduent. conc. 1. Stephani num. 5.*

Hæc cum intelligerent iusti aduersitates omnes singularia Dei beneficia esse existimabant. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu 7.*

In tribulationibus iusti purgantur, & perficiuntur, mali autem eisdem consumi, & absorberi solent. *In Dominicali domin. in Albis conc. 3. num. 2. & ibi dominica 18 post Pente. conc. 1. nu 32.*

Labores, & verbera iustorum Deus dulces reddit. *1. Quadr. fer 3. Resurrectionis nu. 10. & 1. Quadr. Domin. 1. nu. 24. & Dominica 2 nu. 8 & 2 Quadr. conc. quinquagesim. num. 36. & 3. Quadr. 1. Dominica Passionis feria 4 num. 20. & 4. Quadrag. fer. 4. Cinerum nu. 27. & in communi plurimorum mart. Euangel Descendens Iesus, &c. conc. 3 numer. 12. & numer. 16.*

Iusti in ipsismet laboribus suauitatem, & delectationem reperiunt. *In communi vnius mart. Euangel. Si quis vult, &c. conc. 2. numero 8.*

Iusti, & electi ex laboribus vtilitatem accipiunt, præsciti vero duritiem, & obstinationem. *In Dominicali dominica 9. post Pente. conc. 3. num. 6. & ibi Dominica 23. conc. 2. numero 40.*

Tribulationes, & afflictiones iustis dulcissimæ & suauissimæ videntur. *4. Quadr. conc. in Cœna nu. 17. & in communi plurim. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 3. nu. 12. & nu 16.*

Sicut tribulationes malos sua impatientia submergunt: ita iustos sua patientia ad maiorem perfectionem, & meriti gloriam extollunt. *In Aduent. Domin. infra octauam Natiuitatis conc. 2. nu. 32.*

Iusti in persecutionibus, & afflictionibus non deficiant cum certum sit, quod etsi diabolus eiusque ministri potentissimi sint, plus eos facere non posse, quam sibi à Deo fuerit concessum. *In Aduent. Domin. 3. post Epiphaniam conc. 3. num. 15.*

Amplificabitur hic locus ex verbo tribulatio: vbi nonaginta duas rationes collegimus ad labores, persecutiones, & afflictiones patienter sufferendas.

Iustorum mors, vide verbo, mors §. mors iustorum.

§. IVSTORVM PECCATA *defectus, & imperfectiones.*

IVstorum est nonnunquam peccare, sed in peccatis non perseuerare. *4 Quadr. Dominica in Passione fer. 4. nu. 15.*

Iustos permittit Deus peccare, & in aliquas

quas imperfectiones incidere: vt ipsi se humilient. *In Aduent. conc. 2. nu. 11.*

Et ne quando nos cadimus desperemus. *In Aduent. conc. 2. nu. 11.*

Et ne in superbiam corruant. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis numero 7.*

Et ad maius ipsorum bonum, & emolumentum. *In proprio Sanctorum conc. 1. dedicationis Michaelis nu. 14. vbi latè, & ibi conc. 1. Magdalenæ.*

Et vt infirmitatem suam cognoscant. *In Aduent. conc. 3. Conceptionis Beatæ Mariæ num. 8.*

Et vt magis pelluceat eius misericordia eis indulgendo, & ex maximis peccatoribus magnos sanctos efficiendo. *In proprio Sanctorum conc. 1. Magdalenæ nu. 6.*

Iusti non solum scelera quę ipsi patrarunt, sed proximorum etiam peccata lachrymantur. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 3 nu. 4. & 1. Quadr. Dominica in Passione, feria 5. num. 22. & in Aduent. conc. 1. Stephani num. 11.*

Iusti peccata sua, & non aliena intuentur, & curant. *1. Quadrag. Dominica 3. feria 4. numer. 17.*

Nec de alienis peccatis loquuntur. *3. Quadr. Dominica 3. feria 5. num. 27.*

Ne miremur in iustis aliquas esse imperfectiones & defectus. *In Aduent. conc. 3. Conceptionis B. Mariæ num. 7. & 4. Quadr. Dominica 2. num. 8. & in communi virginum conc. 4. num. 23.*

Iustus nullam culpam exiguam esse reputet. *In communi Sanctarum mulierum conc. 4. num. 18.*

Iusti gaudent ipsorum imperfectiones & infirmitates ab omnibus sciri, vt plus gloria Christi qui eorum infirmitates curabit sublimetur. *In Aduent. concio. 1. Thomæ numero 3.*

§. *IVSTORVM VIRtutes.*

IVstus de virtute in virtutem progreditur. *1. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 4. numer. 14. & Dominica 2. Aduent. conc. 2. numer. 31.*

Iustis virtuosa vita quasi naturalis est, vitiosa vero quasi violenta. *In Dominicali domin. 2. post Pascha conc. 2. num. 23.*

In iusto virtutes exteriores ab interioribus vitam, & esse accipiunt. *3. Quadr. Domin. 3. fer. 4. num. 26.*

Iusti non solum interna, sed externa etiam sanctitate præditi sunt: ita vt vultu ipso, & aspectu virtutem præ se ferant. *In proprio Sanctorum concio. 4. Inuentionis Crucis numero 2.*

Iusti quanto maiorem ex contentione notitiam bonitatis Dei consequuntur, tanto plus virtutes suas operaque imperfectiora reputant. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc. 1. num. 6.*

De iustorum obedientia, patientia, misericordia, humilitate, & alijs virtutibus, vide singulas sigillatim in suis proprijs locis.

L.

LAbores, vide tribulatio. Et ad labores patienter tolerandos centum rationes, & considerationes ex omnibus authoris operibus decerptas collegimus verbo tribulatio.

LACHRYMÆ.

LAchrymis inuincibilis Deus vincitur. *1. Quadrag. feria 5. Resurrectionis numero 18.*

Lachrymæ è corde contrito procedentes ita efficaces sunt, vt eis regno cœlorum vis inferatur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Magdalenæ num. 9.*

Lachrymas elegantissimum esse apud Deum sermonem. *2. Quadr. Dominica Passioni fer. 5. nu. 27.*

Lachrymæ consequuntur misericordiam, & consolationem à Deo. *2. Quadr. feria Resurrectionis nu. 12.*

Lachrymæ peccatorum quocunque tempore acceptissimæ. *3. Quadr. feria 5. Dominica Passionis nu. 19.*

Lachrymas profundunt serui Dei propter multa s,

multas causas, quas vide *in communi plurimorum martyr. conc. 3. numer. 2. & in proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum num. 32.*

Lachrymæ Deo gratissimæ sunt, quæ profunduntur in detestationem peccatorum, siue alienorum, siue proprium. *In proprio Sanctorum conc. 4. omnium Sanctorum numero 22.*

Lachrymas profundere debemus pręcipue propter mala culpæ, non propter mala pœnæ quæ nobis accidunt. *In Aduent. Domin. 4. post Epiphan. conc. 2. nu. 29.*

Lachrymæ sunt vnum ex præcipuis eius ac singulare remedium, vt coram Deo quis exaudiatur. *In Dominicali domin. 5. post Pascha conc. 2. nu. 28.*

Proximorum calamitates, & peccata, sicut nostra lugenda sunt. *In Dominicali domin. 9. post Pente. conc 1. nu 14.*

Lachrymæ, vide etiam pœnitentia.

Laurentij laudes, vide *in communi vnius martyr. Euangel. Amen dico vobis concio. 6. num. 26.*

LAVS DEI.

AD laudes Deo reddendas omnes creaturæ nos inuitant. *1. Quadr. Dominica 4. num. 1.*

Ad laudes Deo reddendas sumus creati. *1. Quadr. Domin. 4. fer. 4. nu 16.*

In laudibus Deo reddendis omnes cuiusque status, & conditionis occupari debent. *1. Quadr. Dominica in Ramis nu. 21. & 3. Quadrag eadem Domin. nu. 13 & Quadrag. eadem Dominica nu. 8.*

Assiduè Deum laudare, & incessanter gratias agere debemus propter omnia beneficia in nos collata. *In Dominicali domin. 16. post Pente. conc. 1. num. 35. vbi latissimè.*

Laudare Deum est munus quod omnes in cœlo exequuturi sumus. *3 Quadr. Domin. in Ramis num. 24.*

Laudes Deo reddere est medium ad hoc, vt impleamur Spiritu sancto. *In proprio Sanctorum conc. 2. Diui Francisci nu. 6.*

Laus pretiosior apud Deum est magnificare cum silentio, quodam & qualiter hoc fiat, vide & nota. *3. Quadrag. Dominica in Ramis num. 26.*

Laudum diuinarum frequentatio, & earum cum feruore & spiritu redditio est Deo gratissima. *In proprio Sanctorum conc. 3. Diui Francisci num. 1. & ibi conc. 3. Visitationis B. Mariæ num. 16.*

Laudes malorum Deus contemnit. *In Aduent. conc. 1. infra octauam Natiuitatis numero 36.*

Laudibus Angelorum summopere gaudet Deus. *3. Quadrag. Dominica in Ramis numero 28.*

Ad laudes Deo reddendas simul Christianos conuenire antiquissimum est. *3. Quadr. Dominica in Ramis num. 30.*

Antequam Deum laudare incipiamus purificanda est conscientia, vt nostras Deus laudes recipiat. *In Aduent. conc. 1. infra octauam Natiuitatis numero 36. & in Dominicali dominica 18. post Pentecost. concio. 2. numero 39.*

Deus à nobis laudari sæpissimè vult, & præcipit, non propter suum sed propter nostrum commodum. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli num. 6. vbi ex professo.*

Laudes Deo reddere est vnum ex exercitijs quod plus efficit, vt anima lucretur coram Deo. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli num. 7.*

Vt laudes, quas Deo reddimus valde meritoriæ, & Deo acceptiores sint, de qualibet excellentia quam in Deo, laudantes confitemur, debemus magis lætari, quod Deus illam possideat, quam si nos eam haberemus. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli num. 28.*

Laus Dei exterior quæ ex spiritus feruore dimanat, causatur ex singulari lætitia interiori illius qui laudes decantat. *In proprio Sanctorum conc. 3. Visitationis B. Mariæ numero 17.*

Inter alia quæ ad laudes Deo reddendas nos mouent, vnum est conscientiæ puritas, & à peccatis quæ antea homo committere solitus erat, se liberum ereptumque cernere. *In proprio Sanctorum conc. 4. Visitationis B. Mariæ num. 2. vbi latè.*

Laudes Deo reddere est vnus ex præcipuis affectibus animarum sanctarum. *In proprio Sanctorum concio. 2. Mariæ ad Niues nu. 15.*

Non satis est iustis laudare Deum cum alijs in communi, sed vnusquisque in particulari huic sancto beneficio incumbat, & in eo perseueret. *In proprio Sanctorum conc. 2. Bartholomæi nu. 12.*

Laudes diuinæ sunt prętantissimi quidam amoris actus. *In proprio Sanctorum conc. 3. D. Francisci nu 1.*

Laudes Dei sunt decantandæ quanto possimus feruore, ac deuotione. *In proprio Sanctorum conc. 3. D. Francisci num. 16.*

De his laudibus, & precibus diuinis, vide aliqua quæ huc spectant in verbo, oratio vocalis.

Si honor, & gloria Dei augmentum posset capere, iustorum laudibus illud acciperet. *In Aduent. Domin. 6. post Epiphaniam conc. 2. numer. 25.*

Peculiaris locus ad laudandum Deum est templum. *In Dominicali domin. 9. post Pente. conc. 2. nu. 31.*

Quia fidem mortuam habemus ideo munera, & beneficia à Deo accepta non proclamamus, & glorificamur. *In Dominicali dominica 11. post Pente. conc. 2. nu. 37.*

Hunc modum laudandi Deum vocibus, & canticis Iesus Christus nos docuit. *In Dominicali dominica 15. post Pente. conc. 2 numer. 32. & hoc exercitio Paulus vsus est ibidem nu. 33.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, gratiarum actio, vbi plurima inuenies quæ huc pertinent.

LAVS HVMANA.

In laudibus humanis prudentia, & temperantia est necessaria vt prosint, & non noceant. *In Dominicali domin. 12. post Pente. conc. 1. nu. 8.*

Laus virtuti, & virtutis studioso de iustitia debetur. *In Dominicali domin. 12. post Pente. conc. 1. num. 3.*

Qui laudat peccatorem facit contra iustitiam distributiuam. *In Domin. 12. post Pente. conc. 1. nu 3.*

Non laudatur nec laudari potest homo propter sua sed propter aliena: propter illa scilicet, quæ Deus gratis elargitus est. *Dominica 2. Aduent. conc 3. num. 32 & in Dominicali domin. 12. post Pente. conc. 1. nu. 4.*

Laus iusto vtilis est, si verè iustus est. *In Dominicali dominica 12. post Pente. conc. 1. nu. 6. & Dominica 2. Aduent. conc. 4. nu. 33.*

Laus iustorum aliquando peccatoribus etiam prodesse solet. *In Dominicali domin. 12. post Pente. conc. 1. nu. 7.*

Laudes mali maximo detrimento sunt alijs hominibus. *Dominica 4. Aduent. conc. 1. num. 12.*

Peccatorum laudare, & eius peccata, quam perniciosum & reprehensibile. *3. Quadr. Dominica 4. feria 5. numero 12. & in Dominicali dominica 22. post Pente. conc. 1. num. 54. & 57.*

Lectio sanctorum, librorum, vel sacræ scripturæ, vide sacra scriptura.

LEX.

Legem nobis Deum statuere fuit maximum beneficium, quia illa nobis animum addidit ad Deo seruiendum: nosque illuminat, & viam ostendit, qua debemus incedere. *In proprio Sanctorum con. 1. omnium Sanctorum nu. 3.*

Lex Dei nobis aspera, & insipida videtur; quia gloriam quam per eius obseruantiam consecuturi sumus: iudiciumque, & tormenta quæ ipsorum transgressores expectant, non contemplamur. *In Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 3. nu. 19.*

§. LEGIS NOVÆ AD VETEREM comparatio, & de harum legum differentia.

Lex vetus terrena, lex gratiæ cœlestia promittit. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum nu. 5. & ibi conc. 1. diei sancti Pente. nu. 24.*

Legis Euangelicæ vis. *In communi Apostolorum conc. 3. num. 4.*

Qui in hac lege gratiæ peccat, maiora meretur supplicia, quam qui in lege scripta. *In proprio*

proprio Sanctorum conc.1. Petri & Pauli numer 16.

In lege gratiæ possunt homines ipsimet personæ filij Dei seruire,quod in nulla alia lege potuerunt. *In proprio Sanctorum con.1. Assumptionis B. Mariæ nu.3.*

Si transgressor legis Mosaicæ extra vrbem publicè lapidabatur, quam pœnam expectat transgressor legis gratiæ, ipsius Dei ore prolatæ, totque miraculis confirmatæ? *In proprio Sanctorum conc.1. omnium Sanctorum nu 8. vbi latissimè.*

Lex gratiæ eam obseruantibus est lex misericordiæ, transgredientibus est lex maioris rigoris quam vlla alia fuit. *In proprio Sanctorum conc.1. omnium Sanctorum nu. 9. vbi latè.*

Lex Euangelica erit acerrimus iudex, & terribilis testis in eos qui illam non obseruauerint. *In proprio Sanctorum conc.4. Trinitatis nu. 16.*

Lex vetus stimulus fuit peccati, quia prohibitio legis cupiditatem irritauit, & auxit. *Dominica 4. Aduent. conc.1. num.5. ibi Dominica infra octauam Natiuitatis conc.2. nu.12. & in proprio Sanctorum conc. 4. Ascensionis numer.10.*

Et quia peccatorum grauitas lata lege aucta est. *In proprio Sanctorum conc.4. Ascensionis nu.10. & in Aduent. conc. 2. Domin. infra octauam Natiuitatis nu. 13.*

Legis Euangelicæ præstantia. *In proprio Sanctorum conc.4. Ascensionis nu.11.*

Lex Euangelica est lex excelsior, & vltima quæ in mundo obseruatur. *In communi virginum conc.1. num.18.*

Legis Euangelicæ doctrina non tantum legi & audiri debet: sed etiam mandi, gustari & ruminari, vt sic pinguescat anima. *In Aduent. conc.4. Conceptionis Beatæ Mariæ nu.3.*

Euangelicæ doctrinæ puritas, & sinceritas, & aliarum sectarum fallacia ostenditur. *In communi vnius martyr. concio. 2. numero 3.*

Euangelica lex cum sit doctrina crucis, cur suauis appelletur. *In communi vnius mart. conc.2. num.4.*

Euangelica lex est facillima respectu legis veteris. *In communi Doctorum conc. 4. numero 27.*

Legis veteris leges præter sensum quem verba contextus indicant alium etiam habet interius latentem, ad quem recurrere oportet, vt diuinæ legis iustitia, & maiestas clarius innotescat. *In Aduent. conc. 4. Purificationis B. Mariæ nu.2. vbi latè.*

In lege gratiæ viuentes nullam habent excusationem, licet ante ipsum aliquam excusationem habuisse videantur. *In Dominicali domin.4. post Pascha conc.3. nu.15.*

Legis nouæ præcepta prius fuerunt in lege naturæ, & scripta, edita. *In Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 1. nu.21.*

Legis præcepta, vide, litera P.

Legis cuiuslibet obseruantia, vide in verbo, præceptorum obseruantia.

Legis cuiuslibet obedientia, vide verbo, obedientia.

LEGISLATOR.

Legislator etiam tenetur seruare leges quas sancit. *In Aduent. conc.1. Purificationis B. Mariæ nu. 23.*

LIBERALITAS DEI.

Liberalitas Dei erga homines consideratur. *4. Quadr. Dominica 1. fer.3. num. 23. & in proprio Sanctorum feria 2. Pente. conc.4. n.2. & in Aduent. con.3. Natiuit. nu.8.*

Deus plus dat quam promittit. *In Aduent. conc.3. Natiuitatis nu. 13.*

Et plus quam ab eo petitur. *In Dominicali dominica 18. post Pentec. num.1. num. 28. vbi latè, & ibi Dominica 21. conc. 1. num. 52. in Dominicali dom.21. post Pent. conc.2. nu.44.*

Reliqua quæ huc spectant, vide verbo, misericordia.

LIBERTAS.

Libertas cum iuuentute coniuncta certissima est plurimorum malorum occasio. *1. Quadrag. Dominica in Passione feria 5. nu.17 & 2. Quadr. Sabbatho post Dominicam 2. nu.7.*

Libertas plurimorum malorum fons, & origo.

origo. 1. *Quadr. Sabbatho post domin. 2. nu. 16. & 2. Quadr. eadem feria nu. 1.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, obedientia.

LIBERVM ARBITRIVM.

Liberum arbitrium per peccatum imbecillum remansit. 4. *Quadrag. Dominica 3. nu. 24.*

Cum libero arbitrio omnia peccata & virtutes, vt illis dominentur adinuicem præliantur. 2. *Quadrag. Dominica 2. feria 6. numer. 20.*

Per liberi arbitrij opera ſeipſum perficiendum Deus reliquit hominem. *In proprio Sanctorum conc. 4. Aſſumptionis B. Mariæ numero 10.*

Sub liberi arbitrij dominio Deus diuitias ſuas reliquit ad noſtram maiorem gloriam. *In communi confeſſ. pontif. Euang. Homo quidam peregre proficiſcens, &c. conc. 1. numero 14.*

Liberi arbitrij libertas, & vires, contra hæreticos probatur, & conſideratur. 2. *Quadrag. Domin. 3. feria 6. nu. 19. & 3. Quadr. Domin. 3. feria 6. nu. 16 & in communi Sanctorum conc. 4. funerali nu 2.*

Liberum arbitrium fuit homini traditum, vt cum ipſe vellet, Deificari poſſet. *In proprio Sanctorum conc. 3. diei ſancti Pentecoſt. numer. 16.*

Libido, & libidinoſus amor, vide, luxuria.

LINGVA, LINGVACES.

Linguam continere donum Dei eſt. 1. *Quadr. Domin 3. nu. 23.*

Lingua mala peior eſt inferno. 3 *Quadrag. Domin. 3. nu. 18. & Dominica in Paſſione ſequenti feria 3. num. 35.*

Cõtra linguaces proximorum ſuorum famam denigrantes. 2. *Quadrag. Sabbatho poſt Domin. 2. nu. 2. & 2. Quadr. Dominica Paſſionis feria 5. num. 13. vide etiam verbo, detractores.*

Per linguam magna ex parte declaratur integritas, & corruptio conſcientiæ. 2. *Quadr. Dominica 3 feria 6. num. 31.*

Linguæ malæ crudelitas. 4. *Quadr. Dominica in Paſſione nu. 23.*

A Deo ſummis precibus exorare debemus, vt linguam noſtram gubernare dignetur. *In proprio Sanctorum conc. 3. Ioannis Baptiſtæ num. 14.*

Vt lingua verba vitæ loquatur, prudentia, & ſapientia duci neceſſe eſt. *In proprio Sanctorum conc. 1. Petri & Pauli nu. 3.*

Linguam coercere quam ſit neceſſarium. 2. *Quadrag. Dominica Paſſionis feria 3. numer. 13.*

Lingua iniqua quot, & quantas ſtrages faciat. *In proprio Sanctorum conc. 3. Petri & Pauli nu. 8. vide etiam detractor.*

Etſi multi ſint liberales, multi caſti multi miſericordes, &c. pauciſſimi tamen ſunt linguam compeſcentes. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 3.*

In lingua frequentius, quam in alijs delinquimus: nam cætera peccata, non ita ad manum ſunt, ſicut peccata linguæ. *In proprio Sanctorum concio. 1. Beatæ Mariæ ad Niues numer. 4.*

Licet lingua facilis ſit ad detrahendum, & maledicendum, vulnus tamen quod infligit non facilè, ſed difficillimè curatur. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 4 & in Dominicali domin. 18 poſt Pente. conc. 2. nu. 31. & ibi Dominica 22. conc 1. nu. 24.*

Ad linguę morbum remedium eſt frænum ipſi inijcere: & alijs non loqui quod quis ſibi loqui non vult. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 5.*

Quod linguam det nobis Deus, qua proximis noſtris prodeſſe poſſimus, ardenter deſiderare, & efficaciter deprecari debemus. *In proprio Sanctorum feria 3. Pentecoſt. conc. 1. numer. 9.*

In ſermone oſtendit vnuſquiſque quod intus latet. *In proprio Sanctorum conc. 3. viſitationis B. Mariæ nu. 16.*

Linguam vix eſt qui frænare poſſit. *In Dominicali dominica 18. poſt Pente. conc. 2. numero 30.*

Lingua in homine eſt vna ex debilioribus eius partibus, & per quam ipſum ſolet dæmon expugnare, & frequentiſſime ſuperare. *In Do-*

In Dominicali dominica 22. post Pente. conc. 1. num. 19.

Linguam domari difficile. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. nu. 26.*

Linguæ custodia, & silentium quam vberes fructus ponat. *In Dominicali domin. 22. post Pente. conc. 1. nu. 31. & 34.*

Inter ea quæ in homine ad peccandum magis parata sunt, vnum est lingua. *In Dominicali dominica 22. post Pentecost. conc. 2. numer. 17.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, detractores, vbi plurima inuenies, quę huic spectāt vide etiam in verbo, secretum.

Litania, vide verbo, oratio vocalis.

LITES.

Lites vix sine odio, ac Passione proximorum sunt. *2. Quadrag. Dominica 4. feria 6. num. 3.*

Lites inter fratres quam execrandæ. *2. Quadr. Domin. 4. fer. 6. num. 2.*

Hæc negotia corporalia, quam sint animæ periculosa, & nociua. *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. nu. 3.*

Et quam plurima damna ex ipsis eueniunt hominibus. *In Aduent. conc. 4. Thomæ nu. 2. & in Dominicali domin. 20. post Pente. conc. 1. num. 34.*

Homines his terræ negotijs dediti, rebus diuinis idonei non sunt. *In Aduent. conc. 4. Thomæ num. 8.*

Lucæ laudes, vide in communi Euangelistarum *conc. 2. nu. 27.*

LVDVS.

Ex ludis, & iocis ad seria, & inde ad grauissima damna deuenitur. *4. Quadr. cōc. quinquagesimæ nu. 33.*

LVXVRIA.

Propter luxuriæ vitium pauci ex adultis saluantur. *1. Quadrag. Dominica 4 feria 3. num. 23.*

De luxurię tentationibus rara est victoria. *3. Quadr. Domin. 3. fer. 6. num. 29. in Aduent. conc. vna Agathæ nu. 32.*

Luxuria ratio tenebrescit, & obcæcatur, atque mens: & totus homo peruertitur. *1. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 14 & 2. Quadr. Sabbatho post Domin. 2. nu. 15. & 3. Quadr. Dominica 3. fer. 6. nu. 29. & in cōmuni conf. non pontif. Euang. Sint lumbi vestri, &c. conc 2. nu. 14. vbi latè, & in Dominicali dom. 3 post Pascha conc. 3. num. 7 & Domin. 2. Aduent. conc. 1. nu. 12. vbi latè: & 2. Quadr. Dominica Passionis fer. 6. nu. 22. & in Dominicali domin. 2. post Pente. conc. 2. nu. 6.*

Luxuriæ vitium idololatrare facit. *In communi virginum conc. 1. nu. 11. vbi latè.*

Qui luxuriæ assuefiunt sero emendantur. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. numer. 15.*

Quam turpe infame, & bestiale sit. *3. Quadra. Sabbatho post Dom. 2. nu. 18. & 1. Quadr. Sabbatho post Domin 3. nu. 13. vbi latè, & in communi virginum conc. 1. num. 12.*

Luxuria præcipuè per oculos ingreditur. *1. Quadr. Sabbatho post Domin. 3. num. 19. & 2. Quadr. ead fer. n. 6. & 3. Quadr. Sabbatho post Domin. 2. nu 12. & Domin. 2. Aduent. conc. 2. nu. 6. vbi diffuse, & conc. 3. sequenti nu. 16.*

Et plerunq; per auditum. *1. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3 nu. 23.*

Luxuria iter præbet ad alia plurima vitia. *In communi virginum conc. 2. nu. 14.*

Luxuria vitam abbreuiat. *In communi confess. non pontif. Euang. Sint lumbi vestri, &c. conc. 2. nu. 16.*

Et non minus ac ebrietas homines cæcos, & amentes reddit. *Dominica 2. Aduent. conc. 1. nu. 12. vbi latè.*

Et ad resistendum infirmiores. *Domin. 2. Aduent. conc. 2. nu. 7.*

De luxuriæ peccatoribus quantam Deus vindictam sumat. *1. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 24. & in communi virginum conc. 2. num. 15.*

Et seuerissimè solet Deus punire hoc vitium. *Dominica 2. Aduent. conc. 1. num. 14. & ibi conc. vnica Agathæ nu. 2.* vbi plurimis id illustrat exemplis.

Et in vtroque seculo punitur *3. Quadragesim. Sabbatho post Dominicam 3. numero 14.*

Alia peccata solet Deus reprehensionibus punire: hoc vero punit operibus. *Dominica 2. Aduent. conc. 1. nu. 15.*

Luxuriam in pœnam aliorū peccatorum aliquibus dominari Deus permittit. *1. Quadr. Sabbatho post Dominicam 2. num. 22. & 2. Quadr. eadem feria num. 15*

De homine carnali quodcunque malum præsumi potest. *Dominica 2. Aduent. conc. 1. numer. 16.*

Luxuriæ, & carnalium voluptatum concupiscentia multo fortior & periculosior esse solet, quam alij deprauati appetitus. *2. Quad. Sabbatho post Dominicam 3. nu. 8.*

Ad luxuriam se disponunt, qui corpora sua delicate tractant. *3. Quadr. Sabbatho post Dominicam 2. nu. 8.*

Luxuria corpus, & animam contaminat. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 2. num. 19.*

De hoc vitio vix loqui aut cogitari licet seruo Dei. *3. Quadr. Sabbatho post Dominicam 3. num. 10.*

Vnum ex vitijs quæ longius animam à Deo seiungunt, est turpitudo sensualis. *In Aduent. conc. vnica Agathæ num. 1.*

Luxuria omnes homines, omnium statuum aggreditur. *In Dominicali domin. 13. post Pente. conc. 13.* Luxuria, vide etiam verbo, castitas.

§. CONTRA LVXVRIAM remedia.

PRimum. Ad luxurię tentationes vincendas maximum remedium est fuga. *1. Quadr. Dominic. 2. fer. 5. num. 18. & 2. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. num. 12 & 3. Quadr. Sabbatho post Dominicam 2. num. 20.*

2. Plurimum refert oculos à mulierum aspectu remouere. *Dominic. 2. Aduent. conc. 2. num. 6. vbi diffuse, & conc. 3. sequenti numer. 16. & 1. Quadrag Sabbatho post Dominicam 3. numer. 19. & 2. Quadrag. eadem fer. num. 6. & 3. Quadr. Sabbatho post Domin. 2. numer. 12.*

3. Plurimum etiam refert honestè semper loqui, & turpes conuersationes fugere. *Dominica 2. Aduent. conc. 2 nu. 8.*

4. Et corpora asperè tractare. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 2 nu. 8. & Domin. 4. Aduent. conc. 3 num 17.* vide de hoc plura verbo, carnis mortificatio.

5. Et quamlibet occasionem fugere. *Dominica 2. Aduent. conc. 3. nu. 16 & in Dominicali dominica 23. post Pentecost. conc. 1. numero 41.*

Non enim quis luxuriæ occasiones vitare contemnat, confisus in ante-acta continentia. *2. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 3. num. 12.*

6. Animo concipe eam cuius turpi flagras amore, corruptam, fœtidam, denigratam, & vermibus plenam: ac denique taliter, qualiter corpora alia mortua (aliàs pulcherrima) aspexisti. *In Dominicali domin. 3. post Pascha conc. 3. num 8. & ibi Dominica 15. post Pente. conc. 1. nu. 37.*

7. Considera etiam quod si pulchra creaturæ Dei facies tam efficaciter cor tuum mouet, quid erit si ipsum creatorem, Angelorum gloriam, immensamque eius pulchritudinem aspexeris? & ita diuertes turpe illud desiderium. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 3 num 9.*

8. Ad luxuriam vitandam remedia sunt oratio, ieiunium, & intra domum reclusio. *3. Quadr Domin. 4 fer 5. nu. 26. vbi latè.*

9. Vt hoc vitium caueant coniugati quid facere debeant. *3. Quadr. Sabbatho post Domin. 3. nu 15. vsq. ad 23. & 3. Quadr. Dominic. 4 fer 5. nu. 25.*

10. Vt luxuriæ vitium fugiamus, debemus consulere viros spirituales, & Angelicos. *In communi virginum conc. 2. nu. 17.*

11. Spirituali suauitate gustata facile carnalis voluptas respuitur. *In Aduent. conc. vna Agathæ num. 34.*

12. Maximum etiam remedium est fugere eorum præsentiam, quorum amore accensi estis. *In Dominicali dominica 5. post Pascha conc. 1. nu. 28.*

13. Et quia citissimè hæ tuæ obscœnæ voluptates, quas tanto labore quæsiuisti finientur. *In Dominicali dominica 2. post Pentecost. conc. 2. num. 9.*

14. Mortis fræno rebellem sensualitatem com-

comprime. *In Dominicali dominica 15. post Pente.conc.2.num.24.*

15. Contra luxuriam præexcellentius remedium est sacrosanctam Eucharistiam sumere. *In Dominicali domin.23.post Pentecost. conc.1.nu.43.vbi ex professo.*

16. Maximè etiam conducit carnalem cogitationem protinus, & celerrimè proijcere. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 1.num.42.*

17. Maximum remedium est finem huius obscœnæ voluptatis considerare. *In Dominicali domin.14 post Pente.conc.1.nu.14.*

M.

MAgistri, vide sapientes, vide parentes.

MAGNATES, POTENTES, & Principes.

MAgnatum, & potentium huius sæculi status plurimas habet peccandi occasiones. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ nu. 9. & in Dominicali dominica 2. post Pentecost. concio. 2. numer. 13.*

Magnates, & principes, quam grandi obligatione tenentur pauperes alere. *In Dominicali domin. 2. post Pascha conc.3.nu.13.*

Malitia, quæ cum potentia est coniuncta, omne scelus aggreditur. *In Aduent.conc.1.Innocentium nu.8.*

Magnates & Reges recordentur, quod quò sublimiores sunt, eo virtutibus clariores esse debent. *In Aduent. concio. 1. Conceptionis B. Mariæ num. 8.*

Magnatibus & regibus veritas adeo odiosa est, vt nemo illis veritatem dicere audeat. *Domin. 2. Aduent. conc.1.nu.9. vbi latè.*

Magnates & principes huius sæculi dum male viuunt, sunt laqueus & rete, quo Diabolus plures animas aucupatur. *In proprio Sanctorum conc. 3. dedicationis Michaelis numero 32.*

Magnatibus, & sæculi potentibus magna confusio esse debet, quod quò tēpore Deum (qui eos magnos, & potentes effecit) plurimis & horrendis sceleribus offendunt: tunc pauperculi illum collaudant. *In proprio Sanctorum concio. 2. Beatæ Mariæ ad Niues numero 14.*

Magnates sæculi antiqua consuetudine habent sermones non audire: & quare. *In proprio Sanctorum conc. 2. Beatæ Mariæ ad Niues num.11.*

Magnates & maiores, vt plurimum contingit magis vacuos esse gratia & lumine diuino: quia mundi gloria pleniores sunt. *In proprio Sanctorum conc. 2. B.Mariæ ad Niues num 9.*

Magnatum proprium munus est pauperes, & viduas protegere. *1. Quadr. Dominica 5. fer 5.nu.16 & 1 Quadr.Domin. 4. feria 5.nu. 3. & 2. Quadr. Dominica 1 feria 5 num.19. & in proprio Sanctorum conc.1. Trinitatis nu.25. & latissimè conc. 2. sequenti nu. 11. & in proprio Sanctorum conc. 3. Visitatio Beatæ Mariæ nu.27. & in Aduent.conc.1. Ioan. Euang. num.2.*

Magnatum domos non esse frequentandas, & quare. *1. Quadrag. Dominica 3. feria 5.num.2.*

Sæculi magnates quod mortem timeant. *In communi Sanctorum conc. 4. funerali numer.25.*

Contra magnates affligentes pauperes comminationes Dei horribiles. *In proprio Sanctorum conc 2. Trinitatis numer. 12. & in Aduent. concio. 2. Innocentium num 24.*

Magnates & potentes huius mundi tam fixas in terram miserunt radices, vt difficillime disponi possint ad hoc, vt honori Dei consulant, & pro eo respondeant. *In proprio Sanctorum conc.1. Beatæ Mariæ ad Niues num. 17.*

Magnatum ingens calamitas est, quia vix aliquem habent, qui eis rem bonam nuntiet. *In proprio Sanctorum conc. 4. Petri & Pauli num. 12.*

Magnates & maiores magis Dei oblitos, vt plurimum cernimus, cum maiori obligatione ad Dei memoriam habendam, quam alij teneantur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Petri & Pauli nu. 12.*

Contra magnates quibus suo statui honorique iactura fieri videtur, nisi famulis ad quam-

quamlibet veniam exequendam abundent. *In proprio Sanctorum conc. 2. Eucharistiæ numero 6.*

Magnatum potentia si in malitia sit fundata, non solum propriæ conscientiæ, verum etiam reipublicæ nocet. *In proprio Sanctorum conc. 1. Trinitatis num. 24.*

Cum magnatum potentia omnis à Deo sit, secundum Dei voluntatem ea vti, & in commodum proximorum debent: non autem, vt eos perdant. *In proprio Sanctor. conc. 4. Trinitatis nu. 2.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, prælati, & verbo, reges.

Magnates abutentes potentia, potenter à Deo puniendi sunt. *In proprio Sanctorum cōc. 1. Trinitatis nu. 25. & conc. 2. nu 11.*

Maiorum peccata semper apud Deum execrabiliora magisque exaggerata fuere. *In Aduent. conc. 1. Purificationis B. Mariæ numero 24.*

Magnificentia, vide, liberalitas, & misericordia.

Maiores, vide, prælati, & magnates.

Maledici, vide detractores, & linguaces.

Malitia in actibus, vide opera.

Malum culpæ, vide, peccatum.

Malum pœnæ, vide, tribulatio.

Mandata Dei, & eorum obseruantia, vide, præcepta.

Mandatis Dei obedire, vide obedientia.

MANSVETVDO.

MAnsuetudo cœlestis, & qua vir in calamitatibus furori resistit. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 29.*

Qui hanc mansuetudinem habent animæ suę, domini sunt, quod est maius, quam mundi totius imperium. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum nu. 31.*

Te persequenti non officere, ex patientia, eidem vero proficere ex mansuetudine prouenit. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum nu. 26.*

Ad hanc virtutem conseruandam multum conducit hominem animo contemplari omnes calamitates à Dei manu prouenire. *In proprio Sanctorum concio. 3. omnium Sanctorum nu. 25.*

Mansuetudo in verbis, & locutione, corda nostra inflammata mitigare solet. *In Dominicali dominica 17. post Pentecost. concio. 2. num 31.*

Mansuetudo mundana, quæ est prompto esse ingenio, vt omnibus conformentur, hæc in iuuenibus, & virginibus maximè nociua. *In proprio Sanctorum conc. 1. omnium Sanctorum num. 29.*

Mansuetudo est virtus adeo præstans, vt non solum Deo, sed hominibus etiam nos gratos efficiat. *In proprio Sanctorum conc. 2. Matth. num. 2.*

Reliqua omnia quæ huc spectant, vide in verbo, patientia.

Marci Euangelistæ laudes. vide in communi Euangelistarum *conc. 2. nu. 24.*

B. MARIA VIRGO.

SOla virgo Maria inter omnes Sanctos nullum sibi parem in virtute habet. *In Aduent. concio. 3. Conceptionis B. Mariæ num. 31.*

Maria virgo quamuis illi legi non erat adstricta, purificari voluit vt scandalum vitaret. *In Aduent. conc. 1. Purificationis B. Mariæ numero 14.*

Et vt nos doceret non ea tantum nos operaturos esse, ad quæ sub mortali peccato tenemur: sed & alia etiam plura. *conc. 2. Purificationis nu. 10.*

B. Maria habuit omnes omnium aliorum Sanctorum veteris, & noui testamenti virtutes. *In proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis B. Mariæ nu. 24. & conc. 2. sequenti num. 12. vsq. ad 35. vbi ex professo, & in Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 20.*

Et omnem, omnium aliarum mulierum tam veteris quam noui testamenti, benedictionem. *In proprio Sanctorum conc. 1. Visitationis B. Mariæ num. 27.*

Maria virgo omnem hominum & mulierum statum decorauit. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis nu. 10.*

Nil præstantius B. virgine præter humanitatem Christi Deus fecit. *In proprio Sanctorum*

uum conc. 1 nu. 23.

B. Virgo summa pulchritudine corporis fuit prædita. *In proprio Sanctorum conc. 3. Incarnationis nu. 20.*

B. Mariæ laus, & summa omnium excellentia est, quod ipsa quæ pura mulier est, vere dicere possit: Ego mater Dei sum. *In proprio Sanctorum conc. 1. Visitationis B Mariæ num. 30.* Et cumulus omnium Mariæ perfectionum in his verbis includitur: de qua natus est Iesus. *In Aduent. conc. 1. Conceptionis B. Mariæ nu. 24. & conc. 2. nu. 19. & conc. 3. nu. 16. vbi latè id probat.*

Maria virgo gratia plena per antonomasiam dicitur. *In proprio Sanctorum conc. 3. Incarnationis num. 20. & conc. 2. Incarnationis nu. 21. vbi plurimas adducit causas: & in Aduent. conc. 2. expectationis B Mariæ num. 6. & conc. 1. antecedeti nu. 27 & in propr. Sanctorũ conc. 1. B. Mariæ ad Niues n. 28. vbi latissime.*

Hoc nomen *Maria* post sanctissimum nomen Iesus alijs omnibus est prestantissimum. *In proprio Sanctorum conc. 1 Incarnationis num. 14. vbi multa de excellentia huius nominis Maria.*

Immaculatam virginis conceptionem, singularibus rationibus, & selectissimis sacræ Scripturæ testimonijs probat. *conc. 1. Conceptionis B. Mariæ nu. 24 vsq; ad 34. & conc. 2. nu 6 & nu. 26 vsq; ad fin. & conc. 3. nu 4. & nu 24. vsq; ad 39. & conc. 4. nu. 15. & nu. 30. vsq; ad finem, & in proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ nu. 17 & in proprio Sanctorum conc. 2. Visitationis B. Mariæ nu. 5.*

Contradictio Conceptionis virginis plurimum vtilitatis ipsi purissimæ conceptioni attulit. *In Aduent. conc. 1. Conceptionis numero 29.*

Mariæ virgini impressit Deus omnes eas gratias, & virtutes, quæ in cæteras omnes mulieres distributæ fuere. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ nu. 27.*

Pijssima Maria virgo fatetur, quod quia Dei mater est, auxiliari nobis omnibus debet. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ numero 9.*

Sine virginitatis *Mariæ* læsione ex ea carnem assumpsit Deus. *In Aduent. conc. 1. expectationis B. Mariæ nu. 2.*

Et sine virginitatis læsione illum peperit. *In proprio Sanctorum conc. 4. incarnationis numer. 24.*

Per intercessionem virginis ad opem nobis ferendam inclinatur Christus. *In Aduent. conc. 1. Conceptionis B. Mariæ uum. 21. & in proprio Sanctorum conc. 4. Assumptionis B. Mariæ num. 4.*

Omnia opera, & omnes res B. *Mariæ* Deo gratissimæ erant. *In Aduent. conc. 2. expectationis B Mariæ nu. 12. & in propr. Sanctorum conc. 2. B Mariæ ad Niues nu. 33.*

Maria virgo beatior fuit Deum mente cõcipiendo, quàm ventre. *In proprio Sanctorum conc. 1. B Mariæ ad Niues nu. 22.*

Cum *Maria* virgo magis, quam omnes Angeli, & homines, propinqua sit Deo, magis etiam de eius diuina gratia, & bonitate quam illi omnes, participat. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 28.*

B. Mariæ intercessio in quacunque necessitate imploranda. *In proprio Sanctorum conc. 2. B. Mariæ ad Niues nu. 34. & conc. 1. Natiuitatis B Mariæ nu. 29.*

Nam contra omnia pericula clypeos in illa reperies. *In proprio Sanctorum conc. 4. Assumptionis B Mariæ nu. 6.*

Piè credi potest Christum Mariæ morti adfuisse. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis Beatæ Mariæ num. 13. & ibi. conc. 4. num. 20.*

B. Mariæ corpus in corruptionem non deuenisse credimus propter multas causas. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ num. 18.*

In *Maria* virgine tanta virginitas, & virgineus candor fuit, quod solum illam intueri (licet pulchrior omni pura creatura fuerit) carnis ardores, & concupiscentias aliqualiter sedabat. *In proprio Sanctorum concio. 1. Beatæ Mariæ ad Niues, numero 31. vbi ex professo.*

Maria virgo habuit perfectissimam humilitatem: quæ in perfecta obedientia, & in exequendo promptissimè Dei voluntatem fundatur. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 36.*

Beata virgo virtutibus heroicis, & supremis meritis, meruit vt eius sacratissimi cor-

poris gloriosa resurrectio accelararetur, vt de facto fuit abbreuiata. *In proprio Sanctor. conc. 1. Assumptionis B. Mariæ nu. 40.*

Mariam virginem secum non tulit Christus cum in cœlum ascendit, quia futura erat pluribus annis magistra omnium Apostolorum, & credentium. *In proprio Sanctor. conc. 2. Assumptionis B. Mariæ nu. 34.*

Beata virgo nullum diem festum, & lętum habuit, in quo simul aliqua tristitia non misceretur, dempto vno assumptionis: quæ inter festiuitates B. Mariæ primum locum tenet. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ num. 2.*

Mariæ excellentias solus Deus cognoscit, aut cui ipsi placuit illas communicare. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ num. 16. & in Aduent. conc. 1. Conceptionis B. Mariæ num. 5.*

In Maria virgine omnes potentiæ inferiores perpetuo rationi, & ratio Deo subiectæ erant. *In proprio Sanctorum conc. 4. Assumptionis B. Mariæ nu. 9. vbi latissimè.*

Maria virgo ad cœlos ascendit ad placandam iram Dei. *In proprio Sanctorum conc. 4. Assumptionis B. Mariæ num. 23. vbi ex professo.*

Maria virgo est murus noster ad fragilitates nostras à Satanicis ictibus protegendas. *In proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ nu. 15. & Aduent. conc. 11. expectationis B. Mariæ num. 9.*

Post Christi animam B. virgo fuit primo prædestinata. *In Aduent conc. 1. Conceptionis B. Mariæ nu. 6.*

Quod infimum, & minus perfectum in B. virgine est, excedit culmen perfectionis aliorum omnium Sanctorum *In Aduent. conc. 1. Conceptionis B. Mariæ nu. 4.*

Maria virgo valde misericors. *In proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis Mariæ nu. 19.*

Maria virgo maximos labores, & afflictiones patientissimè pertulit. *In proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ numero 24.*

Mariæ virginis profundissima humilitas non ortum habuit ex confusione peccati, nullum enim habuit: nec ex timore peccandi, sciebat enim non peccaturam: sed ex tanta beneficiorum multitudine, qua se deuinctam animaduertebat. *In proprio Sanctorum conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ nu. 32.*

Maria hortus conclusus quare dicatur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis B. Mariæ num. 3.*

B. Virginis humilitas tam magna fuit, vt propter ipsam meruerit è congruo esse Dei matrem. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis num. 24.*

Maria virgo non solùm virginitatem perpetuo conseruauit, verum illam promisit, & vouit. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis num. 15.*

Mariæ fidei præstantia consideratur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis numero 30.*

Maria optimè cœlo comparatur, cum peregrinam peccati vllius impressionem nunquam receperit. *In proprio Sanctorum conc. 2. Visitationis B. Mariæ nu. 2. vbi latè.*

VirgoMaria maiorem omnibus sanctis ex Passione Christi dolorem, & ex eius resurrectione percepit lætitiam. *2. Quadr. Dominica Resurrectionis num. 10.*

Mariæ de Christi passione dolores, ex doloribus Christi conijciendi sunt. *3. Quadrag. conc. de Passione nu. 5.*

Maria magis quam omnes sancti Passionem Christi sensit. *3. Quadrag. conc. de Passione nu. 9.*

Maria martyrium maius perpessa est quam omnes alij martyres. *1. Quadr. conc. de Passione num. 25. & 4. Quadr. conc. de Passione num. 4.*

Cur Mariam mortis Christi horæ interesse Deus voluerit. *3. Quadrag. conc. de Passione numero 11.*

MARTYRIVM, MARtyres.

Martyrio Sanctorum Christus honorantur: quia ipso impletur quod eius passioni defuit. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu 2. & in communi plurimorum mart. Euang. Cum audieritis prælia, &c. conc. 2. nu. 18. & in Dominicali dominica infra octauam Ascensionis conc. 3. nu. 8.*

Martyres ad labores perferendos nos inuitant. *In communi plurimorum martyrum Euangel. Cum audieritis prælia, &c. conc. 2. numer. 14.*

Martyrum inuictum animi robur, & fortitudo profluebat à Spiritus sancti dulcedinis, & suauitatis afflatu. *In communi vnius mart. conc. 1. numero 27. & in Dominicali dominica infra octauam Ascensionis concio. 3. numero 17.*

Martyres ea quæ propter Deum patiebantur ingenti cura parui pendere, & extenuare conabantur: Deus autem maxima solicitudine ea amplificare, & exaggerare curauit. *In Dominicali dominica 3 post Pascha conc. 1. numer. 10.*

Martyres fuerunt illi innocentes quos Herodes iussit occidi. *In Aduent. conc. 2. Innocentium num. 23.*

Martyrium B. Mariæ, vide, Maria virgo.

Martyres cur mortem contemnant. *In communi Sanctorum concio. 2. funerali numero 21.*

Martyribus consolatio, & fortitudo proueniebat ex Passione Christi. *In Aduent. conc. 2. Andreæ nu. 30. & in proprio Sanctor. conc. 1. Iacobi num. 29.*

Matrimonium, & matrimonio copulati, vide coniuges, & coniugium.

MEDICI.

MEdici tenentur etiam sub pœna excommunicationis admonere ægros vt confiteantur, & Eucharistiam sumant. *3. Quadr. Dominica 4. fer. 6. num. 15. & in Dominicali dominica 18. post Pente. conc. 1. num 31.*

Meditatio rerum diuinarum, vide, contemplatio.

Memoriam beneficiorum Dei, vide gratitudo, vide, beneficia.

MENDACIVM.

MEndacia loqui, & audire volunt, qui sui ipsorum amatores sunt: & ideo mendacium est in frequentissimo hominum vsu. *3. Quadr. Dominica in Passione num. 17.*

Qui mendacium loquitur, satis apertè se iustitia carere significat: ècontra vero qui veritatem loquitur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Natiuitatis B. Mariæ nu. 3. & 1. Quadr. Dominica Passionis nu. 27.*

Mendaces Deo summè dissimiles. *1. Quadrag. Dominica in Passione num. 16.*

Merita Christi, vide Christus.

Merita bonorum operum, vide opera, §. opera meritoria, &c.

Milites & duces, vide, bellum.

MIRACVLA.

MIracula quæ Apostoli, & Sancti fecerunt, non gloriam suam manifestarunt; sed gloriam & diuinitatem Christi, in quem finem fiebant. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam concio. 4. numero 2.*

Miracula Christus faciebat non deprecando, vt alij sancti, sed imperando. *Dominica 2 Aduent. conc. 1. numero 27. & in Dominicali dominica 18. post Pentecost conc. 2. numero 32.*

Miracula quæ Christus faciebat euidenter ipsius diuinitatem confirmabant. *3. Quadrag. Domin. 4. fer. 4. num. 37. & 3. Quadr. Domin. Passionis fer. 4. num. 29. & Domin. 2. Aduent. conc. 1. nu. 27. & in Aduent. Domin. 2. post Epiphan. conc. 4. nu. 2.*

Miracula Christi simul erant hominibus eximia beneficia. *4. Quadr. Dominica 1 feria 4. num. 2.*

Fructus miraculorum Christi fuit & est, homines ad fidem, amorem & obedientiam Dei trahere. *In Dominicali dominica 2. post Pente. conc. 64.*

MISSA.

MIssæ sacrificium in domibus secularium celebrari quanta sit irreuerentia. *3. Quadr. fer. 5. post Cineres numero 15.*

Missa quam reuerenter audienda. *1. Quadragesim. Dominica 4. feria 3. numero 4. & 10.*

Reliqua quæ huc ſpectant, vide verbo, Euchariſtia.

§. MISERICORDIA DEI erga nos.

Miſericordia in Deo quid ſignificet. *In communi dedicationis Eccleſiæ conc. 2. nu. 2.*

Miſericordia per antonomaſiam dicitur Dei opus in ſacris literis. *1. Quadr. Sabbatho poſt Domin 3. nu 2 & 1 Quadr. Domin. 4 fer. 4. nu. 10 & 2. Quadr. eadem feria nu. 4.*

Miſericors eſt Deus in bonos, in malos autem ſeuerus. *In cõmuni conf. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc. 2. num. 2.*

Miſericordiæ Dei tribuendum eſt omne bonum vndecunq; nobis venerit. *1. Quadr. Dominica 2 fer. 6. nu. 11.*

Miſericordia Dei in vocandis, alliciendis, & condonandis peccatoribus conſideratur, exaltatur, & probatur *2. Quadr. Dominica 4. feria 6. nu 18 & 2. Quadr. Dominica Paſſionis fer. 4. num. 39 & conc. in Cœna ſequenti num. 4. & 3. Quadr. Sabbatho poſt Dominicam 2 nu. 31 & 3. Quadr. Dominica 2. fer. 2. nu 5. & 1. Quadr. Sabbatho poſt Domin. 3. nu 4. & 4. Quadrag Domin. Paſſionis fer 5. num. 6. & 3. Quadr. Sabbatho poſt Domin 3. num. 33 & 3. Quadr. Domin. 4 fer. 4. num. 2. vbi latè & 3. Quadr. conc. in cœna n. 29. & in Aduent. conc. 3. Thomæ num. 22 & in communi Euangeliſt. conc. 4. n. 23 & in proprio Sanctor. conc. 4. Natiuit. B. Mariæ nu 8. & 4. Quadr. Domin. Reſurrectionis fer. 2. nu. 13. & in proprio Sanctor. conc. 2. Magdalenæ nu 22 & latè in communi dedicationis Eccleſiæ conc. 2. n. 16. & in propr. Sanctorum conc. 1. Matthiæ nu 23. & ibi conc. 2. Inuentionis Crucis nu. 9. & in Aduent. conc. 1. Conuerſionis Pauli nu. 4 & in Dominicali domin. 19. poſt Pente conc. 1. nu. 33.*

Miſericordiam de peccatoribus habere Dei gloriæ competit. *2. Quadr. Domin. 1 fer. 5. nu. 12 & in Dominicali domin. 11. poſt Pente. conc. 2. num. 7.*

Miſericordia Dei in condonandis peccatoribus abyſſus vocatur, quia infinita eſt. *In Aduent. conc. 3. Thomæ nu 22.*

Miſericordia Dei erga homines exaltatur, & conſideratur. *In proprio Sanctorum conc. 4. omnium Sanctorum num. 25.*

Miſericordia Deum continet, ne tam cito, & tam acriter puniat. *2. Quadr. conc. in Cœna num 4.*

Miſericordia Dei erga nos adeo magna eſt, vt etiam non rogatus, miſericordiam miſeris impendat. *In Dominicali domin. 16. poſt Pente. conc. 1. nu. 39.*

Ad miſericordiam cum nobis exercẽdam celerrime Deus accedit: ad puniendum tardiſſime, & quaſi inuitus. *3. Quadr. con. Septuageſimæ nu. 22.*

Miſericordia Dei erga nos in hoc maximè pellucet, quod nunquam nos punit niſi antea nobis minetur: vt ſi velimus pœnam euitemus. *Dominica 1. Aduentus concio. 4. numero 2.*

Ne quis miſericordia Dei abutatur, conſideret iuſtitiam Dei tam magnam eſſe ſicut eius miſericordiam: & tam cito peccatori ſupplicium aduenire, ſicut præmium. *In proprio Sanctorum conc. 1. Magdalenæ num. 7.*

Quando actualiter peccantem Deus ad ſe conuertit, magis ſuam miſericordiam oſtendit. *In Aduent. conc. 1. Conuerſionis Pauli numero 5.*

Ne Dei miſericordia homines obdureſcant, mos Dei eſt, vt cum aliquod magnum beneficium pollicetur, ſeueriſſima ſtatim minetur ſupplicia. *In Aduent. conc. 2. Thomæ num. 25.*

Deus nunquam ceſſat erga miſeros homines abundantiſſimè miſericordias operari. *In Dominicali dominica 11. poſt Pente. conc. 2. num 3.*

Miſericordia Dei aliqui abutuntur malè, in illa ad peccata perpetranda confidentes. *In Dominicali domin 18. poſt Pente. conc. 1. num. 37 & Dominica 18 conc. 1. nu. 42.*

§. MISERICORDIA hominis.

Miſericordiæ definitio. *1. Quadrageſim. Dominica 4. feria 5. numero 6.*

Miſericordes non comprehendet iuſtitia diuina, & quare. *1. Quadr. Dominica 1. feria 2. num.*

opus tanquam fulcimentum, & ſuſtentaculum ne cadat. *In communi virginum conc. 1. num 26.*

Qui miſericordiam non habent maximo ſupplicio à Deo puniuntur. *3. Quadr. Dominica in Ramis num. 32.*

Cum miſericordia ſanctitas adeo eſt coniuncta, vt viri ſancti, viri miſericordiæ in ſacra ſcriptura dicantur. *3. Quadrag. conc. in Cœna num 24.*

Miſericordia erga proximos quibus de cauſis iuſtitia appelletur à Chriſto. *In communi conf. pontif. Euangel. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 1. nu. 15.*

Erga miſericordes mirificas Dei pollicitationes. *In Aduent. Dominica 2. poſt Epiphan. conc. 2. nu. 35. & in Dominicali dominica 18. poſt Pente. conc. 1. nu. 26.*

Quando miſericordia & ſacrificium ſimul concurrunt, quorum alterum tantum adimpleri poteſt: vult Deus, vt omiſſo ſacrificio miſericordiam exerceas. *In Dominicali dominica 16. poſt Pentecoſt. concio. 1. numero 41.*

Vna ex præcipuis virtutibus, in quibus Chriſtum imitari oportet, eſt miſericordia. *In Dominicali domin. 6. poſt Pente. conc. 2. nu. 2. & nu. 9. & in Dominicali domin. 15. poſt Pente. conc. 1. nu. 44.*

Qui miſericordia vſus fuerit, confidenter & iuſto titulo, poterit illam à Deo poſtulare: Vice verſa immiſericors. *In Dominicali dominica 6 poſt Pente. conc. 2. nu. 11.*

Vt miſericordiæ opera erga egentes proximos exerceamus nos inuicem inuitare, & congregari oportet. *In Dominicali domin. 11. poſt Pente. conc. 1. num. 8.*

Miſericordia gratiam, & alia Dei dona in nobis conſeruat. *In Dominicali dominica 22. poſt Pente conc. 2. nu. 33.*

Per miſericordiam diſponitur homo ad cæteras alias virtutes, quæ ad vitam æternam ſunt neceſſariæ. *In Dominicali domin. 22. poſt Pente. conc. 2. nu. 36.*

Miſericors maius in ſe beneficium cōfert, quam in pauperem. *In Dominicali dominica 22. poſt Pente. conc. 2. nu. 36.*

Vide aliqua, quæ huc ſpectant in verbo, charitas.

§. MISERICORDIAM à Deo petere.

CVm miſericordiam à Deo petimus quanta cum fiducia, & ſpe ad ipſum accedere poſſumus. *4. Quadr. Dominica 4 feria 6. num. 16.*

Miſericordiæ poſtulatio quantum ſit Deo acceptabilis, & quam facile ab ipſo hoc miſericordiæ donum conſequamur. *2. Quadr. Dominica 1. feria 5. num. 8.* Miſericordiam vult Deus, vt audacter ab ipſo expoſcamus quantumuis plurima ab ipſo receperimus beneficia. *3. Quadrageſim. Dominica 3. feria 2. num. 2.*

Miſericordia nunc, & ſemper confidenter à Deo petenda eſt. *In Dominicali domin. 13. poſt Pente. conc. 2. nu. 18. & 21.*

Cum miſericordiam à Deo poſtulamus, petimus vt leges, quas contra peccatores, qui mandata ſua tranſgrediuntur ſanxit, frangere dignetur. *In Dominicali domin. 13. poſt Pente. conc. 2. num. 12.*

Si vt oportet miſericordiam à Deo poſtules ſine dubio concedet, at non pro te ſed pro vnigeniti filij ſui meritis. *In Dominicali domin 13. poſt Pente. conc. 2. nu. 23.*

Inſtantes à Deo miſericordiam petamus, quamuis enim ea indigni ſimus, eius tamen miſericordiæ viſcera commouebimus. *In Aduent. conc. 2. Andreæ nu. 16.*

§. CONTRA IMMISERICORdes, crudeles, & tyrannos.

PRopter tyrannidem, & crudelitatem ſpecialiter dicit ſacra Scriptura, Deum de manu ſua peccatores dimittere ſolere, vt in grauiſſima quæque peccata prolabantur. *In Aduent. Dominica 3. poſt Epiphan. conc. 3. num. 31. & in Dominicali domin. 18. poſt Pent. conc. 1. num. 24.*

Deus immiſericordes, & crudeles minis terret, & punit non ſolum æterna futuri ſæculi pœna, ſed etiam huius ſæculi laboribus, & captiuitatibus. *2. Quadr. Dominica 1 feria 6. nu. 6.*

Et alijs horrendis ſupplicijs. *3. Quadr fer. 5. poſt*

1.post Cineres nu. 5. & in Dominicali domin. 16.post Pente. conc. 2. num. 32. & in Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 24. & ibi Dominica 1.post Epiphaniam conc. 1. num. 29. & 3. Quadrag. Dominica in Ramis num. 32. & in Dominicali dominica 21. post Pente. conc. 2. num. 52. & 54.

In eos qui erga pauperes, crudeles, tyranni, & immisericordes sunt, vide terribiles Dei comminationes. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 24. in Dominicali dom. 21. post Pent. conc. 2. num. 28.*

Contra hos vide. *3. Quadr. Dominica 4. feria 4. num. 3. & 4. Quadr. Dominica in Ramis num. 2. & in proprio Sanctorum conc. 2. Trinitatis nu. 13.*

Crudelitas quam graue sit peccatum. *In Dominicali domin. 21. post Pente. conc. 2. nu. 51. & 54.*

Plura quæ ad hunc locum spectant inuenies in verbo, amor proximorum.

Modestia, in exterioribus corporis motibus.

Monastica vita, monachi, vide verbo, religiosus.

MONIALES.

MOniales solicitare, & turpibus colloquijs conturbare, quam grande sacrilegium. *3. Quadrag. Sabbatho post Domin. 2. uu. 14.*

Quod moniales (quiten el Don, o que despues de monias no se pogran Don.) *In propr. Sanctorum conc. 1. Ascensionis num. 24. de his mundanis titulis vide nobiles.*

Reliqua quæ huc spectant, vide verbo, religiosus.

Pro monialis velo vide verbo, religiosus.

Morbi, vide, tribulatio.

MORS.

§. MORTIS MEMORIA, & præparatio.

MOrs semper ante oculos ferenda, & crebra animi consideratione contemplanda, & expectanda. *1. Quadr. Dominica 1. feria 4. nu. 20. & 3. Quadr. conc. Cinerum nu. 6. & 4. Quadr. Dominica 2. nu. 32. & in communi confess. non pontif. Euang. Sint lumbi vestri, &c. conc. 1. num. 21. & ibi conc. 2. numer. 10. & in communi Sanctorum conc. 2. funerali numer. 9. vbi ex professo, & conc. 3. funerali numer. 2. & per totam hanc concionem.*

Mortis memoria maxima præparatio est, vt Spiritum sanctorum recipiamus. *In proprio Sanctorum feria 2. Pentecost. conc. 4. numer. 20.*

Mors expetenda: & quare. *1. Quadr. Dominica 2. fer. 2. nu. 2. & nu 12. & in communi confess. non pontif. Euangel. Sint lumbi vestri, &c. conc. 1. nu. 21. & in communi Sanctorum conc. 2. funerali nu. 18.*

Mortis amaritudinem semper miscendam esse voluptatibus huius sæculi. *1. Quadrag. Dominica 2. nu. 24. & feria 4. sequenti num. 6. & in communi Sanctorum conc. 2. funerali numer. 12.*

Mors sæpe peccatores in flagranti delicto deprædatur. *1. Quadr. Dominica 2. feria 5. numer. 23. & in communi virginum conc. 4. nu. 25. & in Dominicali dominica 8. post Pente. conc. 1. num. 40.*

Et ideo te illico ad eam præpara. *In Dominicali dominica 4. post Pascha concio. 2. numero 9.*

Post mortem non est merendi tempus. *1. Quadr. Dominica 4. fer. 4. nu. 17. & 2. Quadr. Dominica 4. feria 6. num. 13. & 3. Quadr. Dominica 4. feria 4. nu 23.*

Post mortem qui vniuersum orbem ambiebat, duabus terræ vlnis est locandus. *1. Quadr. Dominica 4. feria 5. nu. 15.*

Mors non cessat, etsi peccatum cesset propter fidei meritum. *1. Quadr. Domin. 4. feria 4. num. 13.*

Post mortem nullus pœnitentiæ, aut alteri remedio locus est. *2. Quadr. Dominica 4. fer. 4. nu. 26. & 3. Quadr. Doominica 4. feria 4. nu 22. & 3. Quadr. Dominica in Passione feria 2. nu. 3. & in communi Sanctorum conc. 1. funerali nu. 16.*

Ad mortis horam non esse reseruanda, quæ in vita fieri possunt: quæque ad animæ salutem spectant. *2. Quadr. conc. in cœna nu.*

15.&3 Quadr.Domin. 4.fer.4.n.24.&in cōmuni Sanctorum conc.1.funerali nu.27. & in conc.4.funerali nu. 21. & 27. vbi ex professo. De quo vide plura verbo, pœnitentia: vbi plurima inuenies. §. contra eos qui pœnitentiam de die in diem vel vsque ad mortem differunt.

Inter mortem boni, & mali quantum intereſt. *2.Quadr.conc.in cœna n.16. & in communi Sanctorum conc.3.funerali nu. 3.*

Quod morituri ſimus vix nobiſmetipſis poſſumus perſuadere: & quare: quod præcipue malis contingit. *3.Quadrag.conc.Quinquageſima nu.28.*

Mortuos non ſociabunt conſanguinei, aut amici, ſed tantum ipſorum defunctorum opera. *3. Quadrageſi. Dominica 4. feria 5. numero 2.*

Mortis conſideratio, & memoria quam neceſſaria ad ſuperandos animæ inimicos: & quos fructus afferat. *3. Quadr.conc.Cinerum num.10.& 4.Quadr.conc.Cinerum nu. 7. & 4.Quadr.conc.in Cœna nu.26.& in communi Sanctorum conc. 2. funerali nu.7. vbi latè, & conc.3 funerali nu. 2. & per totam hanc concionem, & in Aduent.Domin.2.post Epiphan. 4.nu.10.& in Dominicali domin.15. post Pente.conc.1.nu. 33. vſq; ad 22.& ibi Domin. 19. post Pente.conc.2.nu.41.*

Poſt mortem in ampliſſimis, & pulcherrimis ſepulchris corpora conſtituere quam vanum. *3. Quadrag. concio. Cinerum numero 13.*

Moriuntur mali etiam dum viuunt, & ideo in ſacra Scriptura eorum anni numerantur: è contra iuſti. *4.Quadr.Dominica 1.feria 6.num.22.*

Ita moriuntur homines ſicut viuunt, vt plurimum. *3.Quadr.Domin. 2.feria 2.num. 13 & 3.Quadr.Domin.4 fer.4.num.21. & in communi Sanctorum conc.3 funerali nu. 3.*

Mors in quo ſtatu hominem præoccupatura ſit, ex anteacta ipſius vita probabiliter conijci poteſt. *3.Quadr.Dominica 4.feria 4. num. 21.*

Contra mortem nulla eſt, omnis creata poteſtas. *3.Quadrag.Dominica 4.feria 6.numero 30.*

Mortis conſideratio qualiter fieri debeat. *3. Quadrageſim. Dominica 4. feria 6. numero 41.*

Mors ſola inter omnes pœnas quas in pœnam peccati incurrimus ſalutifera, & vtiliſſima ſi conſideretur, nobis eſt. *4. Quadrag. conc. Cinerum nu. 2. & in communi Sanctorum conc.3.funerali num 18.*

Mortis memoria eſt menſura quædam, qua omnia ſæcularia dimetimur, & eorum vanitatem deprehendimus. *4. Quadrag.conc. Cinerum nu.9.*

Mortis horam nobis ignotam Deus reliquit, vt ſemper parati ſimus. *In communi confeſſ.pontif.Euang.Homo quidam peregre, &c. conc.2.nu.19.*

Mortis aſſidua conſideratione facile liberatur homo à præcipuis orbis malis. *In communi confeſſ.non pont.Euang. Sint lumbi veſtri, &c. conc.2.nu.11.*

Mors peccatoribus amariſſima. *In communi Sanctorum conc.3 funerali nu. 5.*

Conſidera quam incerta ſit hora mortis. *In communi Sanctorum conc. 4. funerali numero 15.*

Ne mors amici vel conſanguinei ſtatim à memoria decedat. *In communi Sanctorum conc.4. funerali nu. 21. & in Dominicali domin.15.post Pente.conc.1.nu 42.*

Vt mortem timeant ſeculi magnates, vide *in communi Sanctorum conc. 4. funerali numero 25.*

Mortem martyres contemnunt: & quare. *In communi Sanctorum conc. 2. funerali numero 21.*

Mortem tantopere odiſſe, & vitam adeò diligere deprauatæ conſcientiæ ſignum eſt. *In Aduent.conc.3. Purificationis B.Mariæ nu. 31. & in Dominicali dom.4.post Paſcha conc. 1.nu.8. vbi latè.*

Inter vtilitates quas ex recordatione mortis Chriſti elicere poſſumus, vna eſt, noſtræ ipſorum mortis memoria. *In Dominicali dominica 15.post Pente.conc.1.nu 34.*

Mortis memoriam à noſtris mentibus auferre diabolus curat. *In Dominicali domin.15. post Pente.conc.1.nu.33.*

In ludis, & voluptatibus mortis meminiſſe debemus, ne illæ nos perdant. *In Dominicali domin.15.post Pente.conc.1.nu.39.*

Et ſi

Et si maximis alijs priuilegijs suos Deus condecorauit, prærogatiuam tamen non gustandi mortem nemini concessit: & quare. *In Dominicali dominica 15. post Pente. concio. 2. num. 14.*

Voluit Deus in diuersis ætatibus mortis debitum persolui, vt homines continuo ad eam essent parati. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc. 2. nu. 17. vbi latè.*

§. IN MORTE.

PRO AMICORVM, ET CONsanguineorum solatio.

Licet tristari aliquantulum pro mortuis iustum sit, at non tanta tristitia affici debemus cum gloriosam morientium resurrectionem credamus. *In Dominicali dominica 15. post Pente. conc. 2. nu. 36. vbi ex professo.*

Si reipublicæ vtilis erat, & exemplaris, ipsum ex hac iactura deplora. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc 2. nu 36.*

Parentes quando filios in tenera ætate amiserunt, considerent eos sic pueros Deum ad se attraxisse, ne rebus mundanis coinquinarentur. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc. 2. nu. 40. vbi latè.*

Solet etiam Deus parentes filijs orbare, vt ipsi magis expediti sint ad ipsius seruitium. *In Dominicali dominica 15. post Pente. conc. 2. num. 13.*

§. MORS IVSTORVM.

Mors iustorum maximè deploranda, quia illorum absentia nobis maximum affert nocumentum. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc. 2 nu. 3. & 1. Quadrag. Dominica 4. feria 6. nu. 29. & in Aduent. Domin. 5. post Epiphaniam conc 3. nu. 11. & in Dominicali domin. 15. post Pentecost. conc. 2. nu. 37.*

Iusti honor, & requies tunc incipit, cum peccatoris gloria finitur, scilicet in morte. *2. Quadr. Dominica in Ramis nu. 35.*

Cum moriuntur iusti tunc incipiunt viuere. *2. Quadr. Domin. 2. feria 5. nu. 24.*

Mors nullum detrimentum, quin potius emolumentum affert iustis. *3. Quadr. Domin. 4. fer. 6. nu. 27. & in communi Sanctor. conc. 3. funerali nu. 4.*

Mors iustorum cur fumus appelletur. *3. Quadr Dominica 4. feria 6. nu. 27.*

Mortem desiderant iusti quia ardenti videndi Deum desiderio flagrant. *In proprio Sanctorum conc. 3. Assumptionis B. Mariæ nu. 10. & 2. Quadr. Dominica 4. feria 6. nu. 23. & in Dominicali domin. 4. post Pascha concio. 1. num. 9. vbi latè.*

Iustis mors non est amara. *In communi Sanctorum conc. 3. Purificationis B. Mariæ num. 32.*

Iusti quando moriuntur, mortem vident, quia ex longinquo se ad illam præparant: vice versa mali. *In Aduent. conc. 3. Purificationis B. Mariæ nu. 26.*

§. MORTVORVM SVFFRAgia, & exequiæ.

Mortuorum exequias propter multas vtilissimas causas celebrat Ecclesia: quas vide *in communi Sanctorum conc. 3. funerali nu. 2.*

Suffragia nostra, & sacrificia plurimum prosunt pro animabus in purgatorio existentibus. *In communi Sanctorum conc. 2. funerali num. 30.*

Mortuorum exequijs interesse quam sit proficuum. *In Aduent. Domin 2. post Epiphaniam conc. 4. nu. 10.*

Mors Christi, vide passio Christi.

Mortificatio carnis, & passionum nostrarum, vide, carnis mortificatio.

Mulier, vide, coniuges.

Mundi bona, vide bona temporalia.

Mundi bona, relinquere, vide litera B. verbo, bonorum temporalium renuntiatio.

Mundi contemptus, vide bona temporalia, §. rationes, &c.

Mundum fugere, vide religionis ingressus.

Murmuratio, vide detractio.

Manus suum quisque exerceat, vide officium.

N.

NATIVITAS Christi.

PRo hoc Natiuitatis summo beneficio, & in hoc natalis die, nunquam Deum laudare cessemus. *In Aduent. conc. 1. Natiuitatis num. 2. & in Aduent. conc. Natiuitatis num. 4.*

In die Natiuitatis Christi quomodo ad excipiendum infantem, & eius matrem nos præparare debemus. *In Aduent. conc. 1. Natiuitatis nu. 19.*

Christus natus fuit omnibus. *In Aduent. conc. 3. Natiuitatis nu. 11.*

Sed specialiter humilibus, quietis, & pauperibus. *conc. 1. Natiuitatis num. 21. & conc. 3. Natiuitatis num. 11.*

Et dispositis, *concio. 2. Epiphaniæ numero 5.*

Cur in hoc natalis die Christus in præsepio fuerit reclinatus. *In Aduent. concio. 3. Natiuitatis numero 16. vbi plures adducit causas.*

In hoc natalis die maximam lætitiæ causam habemus. *In Aduent. conc. 3. Natiuitatis num. 2. vbi latissimè.*

Quid à nobis faciendum sit in hac Natiuitatis solennitate. *In Aduent. conc. 2. Natiuitatis nu. 30. vbi latè.*

Lætitia quam vnusquisque vestrum in hac Natalis festiuitate percipiet, non tantum lingua verum etiam bonorum operum exercitatione declarare debet. *In Aduent. conc. 2. Natiuitatis nu. 5.*

Reliqua omnia quæ huc spectant, vide verbo, Incarnatio Christi.

Necessitas, vide, tribulatio, vide etiam paupertas.

Negligentia, vide, pigritia.

Negotia, vide litis. Negociatio rerum temporalium, vide verbo, bonorum temporalium.

NOBILITAS.

NObilitas peccato marcescit. *1. Quadr. Domin. 1. feria 4. nu. 15.*

Nobilitas sine virtute vanissima est. *2. Quadr. Dominica 1. feria 4. nu. 23. & 4. Quadrag. Dominica 4. fer. 6. nu. 2. vbi ex professo, & in communi Doctorum conc. 4. nu. 19. vbi latè: & in Aduent. conc. 1. Ioannis Euangelistæ nu. 33. & in Dominicali dominica 20. post Pente. conc. 1. num. 10.*

Vnde de solo carnali genere gloriari stultum, ac vanum est. *In proprio Sanctorũ conc. 3. Natiuitatis B. Mariæ num. 3. & nu. 6. & in Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 14. & in proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues nu. 22 & in Aduent. Domin. 5. post Epiphaniam conc. 1. nu. 20.*

Et ob generis tantum nobilitatem præferri velle, quamuis virtute inferior sit, grandis est amentia. *In Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 12.*

Nam vera nobilitas non in carnali cognatione, sed in virtute consistit *In Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 14.*

Parum enim refert quod quis genere sit ignobilis. *Dominica 4. Aduent. conc. 4. nu. 6. & in Dominicali dominica 20. post Pente. conc. 1. nu. 8.*

Imo generis antiquitas ignominiam aliquo modo in sacra Scriptura significat. *In Aduent. concio. 2. Conceptionis B. Mariæ numero 14.*

Nobilitas Abrahamo non prouenit ex carne, sed ex fide, & obedientia: & de hac nobilitate debemus gloriari. *In proprio Sanctorum concio. 1. Beatæ Mariæ ad Niues numero 22.*

Nobilitas est metallum appositissimum, ad virtutes tanquam gemmas in auro includendas. *In Aduent. conc. 2. Conceptionis Beatæ Mariæ nu. 15. & in Dominicali domin. 20. post Pente. conc. 1. nu. 9.*

Ad nobilitatem veram probandam vnus tantum testis sufficit, scilicet testimonium nostræ conscientiæ: *In communi Doctorum concio. 4. nu 21.*

De suorum nobilitate non debet curare sacerdos. *In Dominicali dominica 15. post Pentecost. concio. 1. numero 18.*

NOBI-

NOBILES.

NObiles priscis temporibus, præcipuè virtutum diuites esse studebant: vice versa nostris temporibus. *In communi confess. non pontif. Euang. Homo quidam nobilis, &c. conc. vna nu 3.*

NobilesDei beneficio ipsis collato ipsummet benefactorem Deum offendunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. Inuentionis Crucis num. 3.*

Nobiles, & potentes confunduntur quia quamuis maiora beneficia à Deo acceperint, difficilius tamen quam viles, pauperes conuertentur. *In proprio Sanctorum conc. 3. Inuentionis Crucis num. 2.*

Nobiles plus alijs vitijs, & malitia præstare, antiqua consuetudo est. *In proprio Sanctorum concio. 3. Inuentionis Crucis numero 5.*

Nobiles sine virtute minimi Deus æstimat. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ nu. 18 & in Aduent. conc. 2. Conceptionis B. Mariæ nu. 14.*

Cum nobiles in delicijs, & omnium rerum abundantia educati sint, peccata in eis ita resident, vt mores mutare nesciant. *In Aduent. conc. 4. Andreæ nu. 12.*

Cum Deus aliquem ad nobiliorem excitat statum, cogitet non sua tantum de causa id fieri, sed vt ijs qui in paupertate remanent opem ferat *In Aduent. conc. 1. Ioannis Euangelistæ num. 2.*

Nobilium mundani tituli quam vani, & inutiles. *In Aduent. conc. 1. Ioannis Euangelistæ nu. 33 & 3. Quadr. Dominica 3. feria 2. nu. 14. & 3. Quadrag. Dominica 2. feria 3. nu. 34. & in Dominicali dominica 20. post Pentecost. conc. 1. num. 18.*

Nobilium domos non esse frequentandas, & quare. *1. Quadrag. Dominica 3. feria 5. num. 2.*

Si tuorum maiorum nobilitatem, & virtutem non imitaris, id potius in tuam confusionem quam in gloriam vergit. *In Dominicali dominica 20. post Pentecost. concio. 1. numero 7.*

Reliqua, quę huc spectant, vide, magnates.

Nouitius, vide, religiosus §. vocatio ad religionem.

Nuptiæ Nuptis, vide, coniugium coniuges.

O.

DE OBEDIENTIA DEO, *Ecclesiæ, prælatis, & maioribus debita.*

OBedientium voluntati, & vocibus Deus paret, & obedit. *1. Quadra. Sabbatho post Dominicam 1. nu. 24.*

Per obedientiam omnia sunt agenda, vt sint maioris meriti. *1. Quadr. Dominica 3. fer. 5. num. 21.*

Obedientibus abundantissima dona Deus retribuere solet. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ nu. 3.*

Obedire Deo, & eius pręcepta seruare pluribus titulis debemus. *In proprio Sanctorum conc. 3. Trinitatis num. 25. vbi latè.*

Nil dulcius quam legi diuinæ obtemperare. *In Aduent. conc. 2. Andreæ nu. 32.*

Obediunt omnia creata Deo & eius præceptis solo homine excepto. *1. Quadr. Dominica 4. fer 5. nu. 18. & 4. Quadr. Dominica 3. feria 4. nu. 14. & in proprio Sanctorum conc. 2. die sancti Pente. nu. 2.*

Et quæ sit huius rei causa. *3. Quadr. Dominica 3. feria 5. num. 15.*

Ad obediendum quam parati debeant esse subditi. *2. Quadragesim. Dominica in Ramis numer. 17.*

Obedientia à discipulis Christi, tam opere, quam verbo fuit edocta. *1. Quadr. Domin. in Ramis num. 9.*

Obediendum semper Dominis & prælatis: dum modo præceptum eorum non sit contra Deum. *2. Quadr. Dominica in Ramis num. 18.*

Omne incommodum quod ob obediendum protinus Deo, euenire potest, postponendum est. *In proprio Sanctorum conc. 2. diei sancti Pente. num. 17.*

Quo quis perfectior & maior est, eo suis prælatis obedientior esse debet. *In Aduent. conc. 3 Ioannis Euangelistæ num. 28.*

Quæ per obedientiam, vel quomodolibet sub præcepto facere tenemur, prius sunt facienda: post hæc alia opera bona quæ voluntariè facimus. *2. Quadrag. Dominica in Ramis num.20.*

Obedientia est præcipuũ ex his quæ Deus à suis postulat. *In Dominicali domin. 2. post Pascha conc.1. nu.11.*

Qui obediunt legi Dei, cunctis bonis replentur. *In communi Apostolorum conc.4. numer.2. vbi latè.*

Obedientia Ecclesiæ, & nostris maioribus à Deo maxime commendatur. *4. Quadr. Dominica 3. feria 4. nu. 34.*

Ex obedientia mandatorum Dei & Ecclesiæ cognoscitur, quis sit ex Christi ouibus. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc.1. numero 13. & in Dominicali dominica 4. post Pente.conc.1.numer.14.* Et quis verè sanctus sit. *In Aduent.conc.1. Conuersionis Pauli numero 27.*

Per obedientiam homo seipsum negat, quæ difficillima res est & præstantissima. *In Aduent.conc.2.Circuncisionis nu.14.*

De necessitate abnegationis propriæ voluntatis, vide *in communi vnius martyr. Euangel. Amen dico vobis, &c. conc.3. num. 16. vbi latissimè.*

Obedientia mandatorum Dei est vna & sola via quæ in cœlum ducit. *3. Quadr. Dominica 2.nu.30.*

Obedientia Dei est animæ summa libertas. *3. Quadrag. Sabbatho post Dominicam 2. numer.3.*

Ad obedientiæ persuasionem, vide *3. Quadrag. Domin.3. fer 5. nu.16. & 4. Quadr. Domin.3 fer.4. num.13. & latissimè in communi Apostol.conc.4. num.2 & in communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis, conc.3.nu.6.*

Vnum ex his ad quod filius Dei in mundum venit, fuit vt nos obedientiam doceret. *In Dominicali dominica 3. post Pascha conc.3. num.2.*

Iustus nulla repugnantia diuinæ voluntati obtemperat. *In Aduent.conc.2, Innocentium num.14.*

Obedientię virtus omnium prima fuit ad animam alendam homini à Deo data. *In Aduent.conc.2.Circuncisionis num.12.*

Verus obediens quis. *In Aduent. Domin.1. post Epiphaniam conc.4.nu.33.*

Iusti oues imitantur in obedientia. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc. 1. numero 11.*

Iusti ita Dei beneplacito subditi sunt, vt propriam voluntatem nequaquam habere videantur. *3. Quadr. Dominica 1.nu.7.*

Ventos, & Maria nobis in diuina obedientia præstare sanguineis lachrymis lamentandum est. *In Aduent. Domin. 4. post Epiphan. conc.1.num.37.*

Iustus suapte natura obediens, peccator vero suapte natura inobediens est. *In Dominicali dominica 4. post Pente. concio. 1. numero 41.*

Salutis nostræ punctus in omnimoda Deo obedientia consistit. *In Dominicali domin. 4. post Pente.conc.2.num.17. & 25.* Obedire discant homines ab animalibus. *In Dominicali domin.4.post Pente.conc.2.num.25.*

Homines adeo sunt cæci, vt ad non obediendum Deo, quacunque re excusentur. *In Dominicali dominica 2. post Pente. concio. 2. numero 5.*

Præclara est obedientiæ merces. *In Dominicali dominica 13. post Pente.concio.2.numero 27.*

Licet prælati, & domini temporales tyranni sint, eis obedientia debetur. *In Dominicali dominica 14. post Pente. conc. 1. numero 35.*

Obedire prælato, est Deo obedire: & ipsum spernere, est Deum spernere. *In Dominicali dominica 15. post Pente.conc.2.nu.3.*

Obedientia Christi, vide Christus.

Amplificabitur hic locus ex verbo, libertas.

§. CONTRA INOBEDIENTES.

INobediens, nigromantico ab Spiritu sancto comparatur: & quare. *3. Quadr. Dominica 4. fer.3.num. 29.*

Inobedientiæ peccatum quam graue sit. *3. Quadragesim. Dominica 43 feria numero 29.*

Ab inobedientia vniuersa peccata proficiscuntur.

ſcuntur. *In communi vnius mart. Euang. Amen dico vobis conc.3 nu.29.*

Obſeruantia præceptorum Dei, vide verbo, præcepta.

OCCASIO.

§. OCCASIO PECCANDI.

OCcaſiones peccandi fugiendæ. *1. Quadrag. conc. Sexageſimæ nu. 17. & conc. Quinquageſimæ nu.15. & 1. Quadrag. Sabbatho poſt Domin.3 nu. 22. & 2. Quadr. Domin. 1. num.3 & fer.5. eiuſdem Dominicæ nu 6. & 4. Quadr. Dominicæ 3. num. 38. & in Aduent. conc.1. Innocentium nu 26. & in Dominicali dominica 11. poſt Pente. conc.1. nu.25. & ibi Domin.13. conc 1. nu.11.*

Occaſiones fugere eſt maximum remedium ad vincendas tentationes. *1. Quadr. Dominica 1. num.11.*

Qui ſponte occaſionem ruendi ingreditur, iam lapſus eſt coram Deo, & peccauit. *In Aduent. conc.1. Innocentium nu.26.*

Occaſiones peccandi non ſolùm propinquæ, ſed remotiſſimæ etiam vitandæ. *2 Quadrag. Domin.1 num.4.*

Qui occaſionem peccandi alijs præbent, vel ad peccandum alios ducunt, ſignificant ſe Chriſti mortem qua proximus ille emptus fuit negligere, & floccipendere. *3. Quadr. Dominica 2. feria 3. nu.8.*

Omnis occaſio mali prius relinquenda, vt fletus & lacrymæ proſint. *In proprio Sanctor. conc.2. Petri & Pauli nu.32.*

Occaſio mali quam potens ſit, vt nos in peccatum prolabi faciat. *In Aduent. Domin.1. poſt Epiphaniam conc.1. nu. 37.*

A leuiſſima quaque peccati occaſione maximopere cauere oportet. *In proprio Sanctorum conc.2. Natiuitatis Beatæ Mariæ numero 15.*

Nec bonis propoſitis in hac recidendum eſt. *In proprio Sanctorum conc 2. Natiuitatis B Mariæ num.16.*

Multum conducit ad bene operandum mali occaſiones adimere. *In Aduent. Domin. 1. poſt Epiphan. conc.1. nu.36.*

Peccandi occaſionem, aut cauſam, aut conſilium alijs præbentes acerrimis ſupplicijs à Deo puniuntur. *2. Quadr. Dominica 2. num.29. & 4. Quadrag. Dominica in Paſſione feria 6. numer. 13. & in proprio Sanctorum conc. 1. dedicationis Michaelis num. 30. & in Dominicali dominica 1. poſt Pente. concio. 2. num.15.*

Ille qui cauſa peccandi fratri ſuo fuit, ſpiritualia illi damna ſatisfacere tenetur. *In Dominicali dominica 5. poſt Pente. conc.1. numero 12.* (De quo, vide plura verbo, exemplum malum.)

Et Dominus permittit illum cadere. *In Dominicali dominica 11. poſt Pente. concio.1. num.30.*

Si à tuorum ſcelerum infirmitate ſanari cupis, occaſionem peccandi relinque. *In Dominicali dominica 11. poſt Pente. conc. 22. vbi ex profeſſo.*

Vt appetitus tuos rationis imperio cohibere poſſis, maximè oportet occaſiones præſertim carnales vitare. *In Dominicali domin. 23. poſt Pente. conc.1. nu.41.*

§. OCCASIO AD BONVM.

OCcaſio ad bonum faciendum opportuna non prętermittenda. *3. Quadrag. Domin 3. fer.6 nu.5. & in Dominicali dom.20 poſt Pente. conc.1. nu.23. & conc.2. nu.21. & Domin.23 conc 1. nu. 40.*

Occaſio ad bonum faciendum quærenda. *3 Quadrag. Dominica 3. feria 6. num. 5. & in Dominicali dominica 23. poſt Pente. concio.1. num.30.*

OCVLVS.

OCuli ſumma diligentia cuſtodiendi, quia ianua ſunt plurimorum malorum *1. Quadr. Sabbatho poſt Dominicam 3. num 20. & in communi dedicationis Eccleſiæ conc.1. nu 18 & in Aduent. Domin. 1 poſt Epiphaniam conc.1 nu 38 & conc.3 ſequenti num.14.*

Per oculos ingreditur luxuria. *1. Quadrag. Sabbatho poſt Domin. 3. nu. 19 & 2. Quadr. ead. fer. 6 & 3. Quadr. Sabbatho poſt Domin. 2. nu.12. & Domin 2. Aduent. conc.2. num.6. vbi diffuſe, & conc.3. ſequenti nu. 16.*

ODIVM.

ODium aduerſus fratrem conſeruare, quam execrabile ſit. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctorum numero 29.*

Odium quantum hominem excæcat. *In proprio Sanctorum con.2.omnium Sanctorum num. 29.*

Vt eos qui nos odio proſequuntur diligamus, & benefaciamus, vide, inimicus: vbi inuenies reliqua omnia, quæ huc ſpectant.

Odium atque perſecutio proximi quam graue ſit peccatum, quamque atrociter à Deo puniatur. *4. Quadr feria 6.poſt Cineres numer. 21.*

Ad euellendum è cordibus odium, vide triginta ſex rationes,& conſiderationes à nobis collectas,verbo, inimicus, §.rationes efficaciſſimæ,&c.

Nunquam ſcire velis quis te odio proſequatur. *In Dominicali dominica 20.poſt Pente.conc.2.nu 56.*

Is qui odit proximum ſuum, licet illi illo odio noceat, multa tamen magis ſibiipſi obeſt. *In Dominicali domin.21. poſt Pente.conc. 1. num. 2.*

Non ſufficit te cordis odium depoſuiſſe, ſed teneris id ſignis exterioribus indicare. *In Dominicali dominica 21.poſt Pentecoſt. conc. 2.num.60.& ibi Dominica 16. conc. 2.numero 18.& 3.Quadrag feria 6. poſt Cineres numero 20.*

Amplificabitur hic locus in verbo, amor proximorum,verbo charitas: verbo, ira.

OFFICIVM, MVNVS, *& ſtatus cuiuſq;.*

LOcus vbi Chriſtum expectare debes,eſt officium,& munus tuum exercendo. *In Aduent.conc.3.Andreæ num.12.* vbi pluribus ſacræ Scripturæ exemplis hortatur vnumquemque ſuo officio incumbere, & in ſuo ſtatu viuere.

Plurimum in Dei ſeruitio proficeremus, ſi in eo tantum nos occuparemus quod officio, muneri,& ſtatui noſtro conuenit. *In Aduent. conc.3.Andreæ nu.14.*

Qui officij,muneris, ſeu ſtatus ſui obligationem,ob aliam rem quæ perfectior ſibi videtur relinquit: ſe & non Deum quærit. *Dominica 3. Aduent. concio. 1. numer. 5. vbi latè.*

Secundum ſtatus, & officij ſui conditionem vnuuſquiſque Deo ſeruiat. *3. Quadrag. Dominica in Ramis num. 16. & in communi confeſſ.pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c.conc.1.nu 22.& in Dominicali domin. 5. poſt Pente.conc.1.num.10. & ibi Dominica 7. poſt Pente.conc.2.nu. 15.*

Vnum ex maioribus Chriſtianæ reipublicæ damnis eſt, nos ſponte noſtra ſtatum, & officium eligere, abſq; eo quod Deum ad illum nos vocet. *In Aduent. conc. 1. Ioannis Euangel.nu.21.vbi latè.*

Magnum Dei donum eſt in ſtatus, & officij deliberatione, & electione non errare. *In Aduent.concio. 1. Ioannis Euangeliſtæ numero 24.*

Vnuſquiſque opere exequatur, ea quæ ad ſuum ſtatum ſpectant, *in communi virginum. conc.2.num.22. & in communi confeſſ. pontif. Euangel. Homo quidam peregre, &c. conc.1.nu.22.& in Dominicali domin. 8. poſt Pente.conc.2.num 5.*

Vt vnuſquiſque prout ſuum ſtatum decet viuat, efficere prælatis & gubernatoribus incumbit. *2. Quadr.Domin.4. nu. 37.*

OPERA.

OPera tantum ſunt quæ te in iudicij, & mortis die comitabuntur. *Dominica 1. Aduent.conc. 4. nu. 31.& 3.Quadr. Domin.4.feria 5.num.3.*

Sine operibus non comparatur gloria. *In Aduent. Dominica 2. poſt Epiphaniam conc. 1.nu.12 & 1. Quadr.conc. Septuageſimæ nu.15. & 4 Quadr.conc. Septuageſimæ nu 27 & in communi vnius mart.Euang. Amen dico vobis conc.2.nu.5.*

Non enim verbis,ſed operibus cœlum acquiritur. *In Aduent.conc.1. Andreæ & numero 26.*

Non ſufficit in vno tantum aut altero bono ope-

no operarte exercere. *Dominica 2. Aduent. conc.2.nu.19. vbi latè, & ibi dominica 6. post Epiphan. conc.3. num.24.*

Sed in omnibus operibus omnia mandata Dei implere est necesse. *In communi Sanctarum mulierum conc. 1. num. 24. & in proprio Sanctorum conc. vna decollationis Baptistæ num.19 & in Aduent. Dominica 26 post Epiphaniam conc.3. nu. 24.*

Opera quæ in hominum ministerio facitis, sæpissimè examinatis, quia eis placere cupitis: quæ verò Deo facitis, qualiacunq; sunt sufficere arbitramini. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphan. conc.3. num.34.*

Si in pluribus operibus bonis te exercueris, animam ad vltimum perfectionis culmen excitabis: & tandem in hora mortis securum iter inuenies *Dominica 2. Aduent. conc.2. nu. 22. vbi latè.*

Perfectus vere non est, qui operatur tantum, sed qui vna operatur, & docet. *Domin.2. Aduent. conc. 2. num.31.*

Operum bonorum noli in hac vita retributionem accipere. *In communi Sanctorum mulierum conc.3. nu.22.*

Contra eos qui bona opera prætermittunt ne authoritatem suam amittere videantur, vel propter alios humanos respectus. *In communi dedicationis Eccles. conc. 2. nu.9.*

Vt opera bona iustos, ita mala opera peccatores ad diuinum vsq; conspectum comitaturi sunt. *In communi Sanctorum conc.2. funerali nu 34.*

Ne ex operibus bonis inanem gloriã compares, vide rationes & considerationes ad hoc collectas in verbo, contra superbiam remedia.

Opera nostra erunt signa amoris nostri erga Deum, & proximos. *1. Quadr. conc. in Cœna nu.21.*

Cum de operibus tuis alij detrahunt patientiam habe: quia per detractionem quasi lima superfluum operis collimatur, & vana gloria quam sumere poteras aufertur. *In proprio Sanctorum conc. 1. B. Mariæ ad Niues num.9.*

Quanto magis vitæ tuæ finis appropinquat, tanto maiori cum diligentia rectè operari debes. *In Dominicali domin 2. post Pascha conc.2. num. 25.*

In operibus bonis nos assiduè exercere debemus: longa enim exercitatione omnia nobis facilia redduntur. *In Aduent. Dominica 1. post Epiphan. conc.1. num.7.*

Opera nostra bona, potius Dei quam nostra. *4. Quadrag. Dominica Septuagesimæ numero 21.*

Opera bona exercere à prima etiam nostra ætate valde necessarium est. *In communi Sanctarum mulierum conc. 2. num. 24. vbi latè.*

Opera bona exercẽtes disponimur ad hoc quod Deus nos illuminet. *4. Quadr. Domin. Resurrectionis fer 2. nu.28.*

In operibus bonis statim & diligenter nos exerceri oportet propter vitæ breuitatem, & incertitudinem. *4. Quadrag. Domin. 4 fer.4. num.16.*

Opera bona Deus exposcit iuxta vniuscuiusque statum. *In communi confess. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc.1. numero 22.*

Opus bonum quodcunque etiam minimum: quod iusti faciunt attentissimè Deus considerat. *In communi confess. pontif. Euangel. nemo accendit lucernam, &c. concio.2. numero 13.*

In operis boni deliberatione moram: in exequutione verò, diligentiam esse. *In communi Doctorum conc.4. nu. 23.*

Operari bene est necessarium, & non sufficit à malo abstinere. *In communi virginum conc.3. num. 14.*

Vt bene opereris, considera te semper in diuino conspectu persistere. *In communi Euangelistarum concio.1. numero 12. vbi latissimè.*

Ad operandum bene nullam habemus excusationẽ, cum ipsemet qui ea præcepit prius illa omnia fuerit operatus. *2. Quadr. conc. Sexagesimæ nu.23.*

Opera bona aliorum iustorum qui efficaciter desiderant efficere, participes fiunt meriti illorum operum. *2. Quadrag. Domin. 2. fer 6 num 12.*

Contra superbiam ex bonis operibus ortam, vide in verbo cõtra superbiam remedia, vbi omnia simul collegimus.

Opera bona exercentes Deum inuenient. 2. *Quadragesim feria 2. Resurrectionis numero 18.*

In operibus nostra Christiana religio consistit, magis quam in verbis. 3 *Quadr. Dominica 1. num. 4.*

Vt operentur prędicatores, quę prædicant, vide verbo, concionator.

Opera bona quæ sine occasione faciendi illa perficiuntur, Deo gratissima sunt. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis B. Mariæ numer. 8.*

Sine operibus bona desideria nullius esse momenti. 3. *Quadrag. Dominica 4. feria 5. numero 6 & in communi confess. non pontif. Euangel Sint lumbi vestri, &c. concio. 2 numero 17.*

In qualibet diei parte, & omni tempore debet iustus rectè operari. *In Dominicali dominica 2. post Pascha conc. 1. nu. 25.*

Non tantum bona opera, sed bona etiam desideria, cum opere compleri nequeunt, Deus persoluit. 2. *Quadrag. Dominica 3. feria 6. numer. 16. & 3 Quadrag. Dominica 4. fer. 5. numer. 7. & in Aduent. conc. 3. Andreæ num. 28.*

Pluris Deus facit interiora opera quam exteriora, quinimo exterius opus ab interiore valorem accipit. *In Dominicali dominica 16 post Pente. conc. 1. num. 41.*

Operum iustorum hominum quantum Deus meminerit, & quod propter ipsa solet Deus suis posteris benefacere. *In proprio Sanctorum conc. 4. Natiuitatis Beatæ Mariæ numer 3.*

Opera bona sigillatim esse in die iudicij à Deo referenda. 3. *Quadrag. Dominica 4 fer. 6. num. 2.*

Operari oportet non quod Deus præcepit tantum: sed multo etiam plura in his quæ ad Dei seruitium spectant. 3. *Quadr. Dominica in Ramis num. 7.*

Cum operari vis aliquod bonum opus, & malè succedit, optimum signum est: per eandem enim viam te ducit Deus per quam sanctissimam suam matrem deduxit. *In Aduent. conc. 1. Dominica infra octauam Natiuitatis num. 24.*

Curet Christianus opera Christiani facere. *In Aduent. Dominica 5. post Epiphaniam conc 1. nu 27. & ibi conc. 1. Circumcisionis nu. 26. & c. 4. nu. 27. & in Dominicali dominica 7. post Pente. conc. 2. num. 13.*

Christiani siquidem in tam fertili horto, qualis est Ecclesia plantati sunt, fructus optimos bonorum operum proferre curent. *In Dominicali dominica 6. post Pente. conc. 2. nu. 7. vbi latè.*

Vnusquisque Christianus curet fructum bonorum operum secundū suam status conditionem proferre. *In Dominicali dom. 7. post Pente. conc. 2. num. 15.*

Dum tempus habemus in hac vita bene operandum est, quam hora mortis illud Dominus sibi capit. *In Dominicali domin. 7. post Pente. conc. 2. num. 19.*

Bona opera postquam probè acta sunt ipsum operantem gaudio & consolatione afficiunt. *In Dominicali dominica 10. post Pente. conc. 1. nu. 24.*

In operibus bonis vel malis non tantum attendendum est bonum vel malum, quod proximis facimus, quantum seruitium vel iniuriam quam Deo irrogamus. *In Dominicali dominica 21. post Pentecost. concio. 1. numero 28.*

Opera bona vbi proximorum vtilitas, & diuinæ gloriæ ratio postulat, prædicanda: alias verò silentio tegenda sunt. *In Dominicali domin. 23. post Pente. conc. 1. num. 49.*

§. *OPERVM CIRCVNSTANTIÆ & conditiones.*

Circunstantiæ & qualitates quibus opera Deo grata sunt: sunt gratia, & spiritus, & feruor amoris ardentissimus: non dignitas aut nobilitas personæ. *In Aduent. Dominica 3. post Epiphaniam conc. 1. num. 15.*

Circunstantia etiam temporis, scilicet opportunitas est attendenda. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam conc. 4. numero 31. & 1. Quadr. Dominica in Passione feria 3. num. 2.*

Quando opus non est de necessitate præcepti, bene potest in aliud tempus opportunius differri. *In Aduent. Dominica 2. post Epiphaniam*

phaniam conc.4.nu. 30.

Opera quæ sunt de exequutione præceptorum publicæ: quæ vero de obseruantia consiliorum secreto fieri debent. *In communi Sanctarum mulierum conc.1.nu.17.*

Opera bona feruidè exercenda. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc.1.nu.14.*

Hi autem feruores oportet, vt quodam moderamine fiant, ne natura ipsa nimium lassetur & ad vlterius in illis procedendum impossibilitetur. *In communi dedicationis Ecclesiæ conc.1.nu. 15.*

Opera bona sine amore non sufficiunt. *In proprio Sanctor.conc.1. diei sancti Pente.n.12.*

Quodlibet opus quantumuis exiguum dum modo à charitate procedat, maxime Deo placet, & plurimi ab eo æstimatur. *In proprio Sanctorum conc.1.feriæ 2.Pente.nu.19. & 4.Quadr.Dominica 2.feria 6.nu.12. & in communi confess.pontif.Euang. Nemo accendit lucernam,&c.conc.1.nu.12.*

In operibus cordis affectum potius quam exteriorem apparentiam Deus considerat. *4. Quadragesim. conc. Septuagesimæ nu.38.*

Opera propter Deũ facta, quanti ipse Deus æstimet. *In communi conf.pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c.conc.2.nu. 14. & 3.Quadr.Dominica 4.fer.6.num.2.*

Opera non quanta, sed quo spiritu, & amore, qua deuotione, & voluntate fiant, Deus perpendit & considerat. *1. Quadrag. conc.Septuagesimæ numer. 6. & 3.Quadrag.conc.Septuagesimæ num. 8. & 3. Quadrag Sabbatho post Dominicam 3.nu.7.& 4.Quadr.conc.Septuag.num.39.*

Operis boni singulas circunstantias Deus spectat, vt speciali quoque præmio remuneret. *1.Quadr.Dominica in Passione feria 5.numero 31.*

Opera bona instanter, diligenter, & cum festinatione exercenda. *In communi Sanctarum mulierum conc. 3. numer.15.& in proprio Sanctorum conc. 3. Visitationis Beat. Mariæ num.10.*

Opera virtutis vult Deus instantissimè, & feruidissimè fieri. *In communi Euangelistar. conc.4.nu 14.*

In operibus bonis modus, & ratio benè operandi est necessarius. *3. Quadragesi.conc.in Cœna num.18.*

Ad hoc quod aliquid sit perfectè bonum, oportet multis circunstantijs exornari, & nihil quod ad perfectionem pertineat in eo deficere. *In Dominicali dominica 5. post Pente. conc 1.num 3.*

Finis circunstantia præcipua est ex ijs quæ in operibus requiruntur. *In Dominicali dominica 5 post Pente. conc. 1.nu 4* de quo vide plura in §. de fine operum, vbi omnia quæ ad finem operum spectant collegimus.

§. *OPERA IN PECcato facta.*

Opera in peccato facta, vniuersa Diaboli sunt, cum ipse sit animæ possessor. *In Aduent. conc. 2. Conceptionis Beatæ Mariæ nu.9.*

Opera bona in peccato facta bona merentur temporalia. *In Aduent.conc. 2. Conceptionis B.Mariæ nu.10.*

Opera peccatoris licet de se sint studiosa: à peccato tamen vitiantur, & corrumpuntur. *In Dominicali dominica 16. post Pente conc.1. num.5. & ibi Dominica 10. post Pente. conc.1. nu.27. vbi ex professo.*

Opera bona existentis in peccato quam parum prosint. *In communi confess. pontif. Euangel. Nemo accendit lucernam,&c.conc. 1.num. 11.*

Opera bona etiam in peccato facta quas pariant vtilitates. *1.Quadr. Dominica 3. feria 3.num.29.*

Dum quis est in peccato, omnia opera quę exercet perdit. *In communi Apostolorum conc. 5.nu.13.& in Dominicali domin.16. post Pente.conc.1 nu.4.*

Quantumcunque quis peccator sit, nunquam bona opera debet prætermittere. *1. Quadr.Dominica 3.fer.6.nu 29 & 3 Quadr. feria 5.post Cineres nu.8.*

§. *DE INTENTIONIS PVRITAte, & rectitudine in operibus, & de fine eorum.*

Operum bonorum gloria omnis Deo, præcipuo eorum authori adscribenda est,

da est, non proprie virtuti. *Dominica 3. Aduent conc. 2. nu. 4. & 3. Quadr. Sabbatho post Dominicam 4. nu. 23. & in Aduent concio. 3. Ioannis Euangelistæ num. 6. & in proprio Sanctorum conc. 2. Trinitatis nu. 20. vbi ex professo: & conc. 4 sequenti num. 13. & in Dominicali domin. 10. post Pente. conc. nu. 12.*

Nam alias meritum illorum bonorum operum amittes. *In proprio Sanctorum conc. 2. Trinitatis num. 22. vbi latè.*

Qui sibi gloriam bonorum operum adscribit, maius peccatum facit Deo honorem illum auferendo, quam qui pecuniam homini eripit. *Dominica 3. Aduentus conc. 3. numero 9*

Quid cogitare debes, ne glorieris propter bona opera quæ fecisti. *Dominica 3. Aduent. conc. 3. nu. 4. vbi latè.*

In omnibus nostris operibus gloria, & honor Dei procurandus, & intendendus. *3. Quadrag. Dominica 4. fer. 6. nu. 23.*

Cum bona opera impedire nõ potest diabolus ipsissimet operibus nos lædere tentat, efficiendo vt ex eis inanem gloriam percipere intendamus, & ea cum iactantia publicemus. *Dominica 3. Aduentus conc. 3. nu. 3. vsque ad numerum 10.*

Intentio mala est sufficiens ad opus bonum, malum & inuisum Deo reddendum: & idemmet opus bona intentio gratissimum efficit. *In Dominicali dominica 16. post Pente. conc. 1. num. 11.* vbi pluribus sacræ Scripturæ exemplis id confirmat, *& 4. Quadr. conc. Cinerum nu. 32. & latissimè in communi confess. pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 2. nu. 4. vsq; ad 14.*

Opera secundum intentionem, & voluntatem Dei, & non nostram perferre debemus. *In Dominicali dominica 16. post Pente. conc. 2. num. 11.*

In quocunque opere bono gratiæ Deo, & non nobis reddendæ. *3 Quadr. Sabbatho post Dominicam 4. nu 23.*

Opera non esse facienda, vt videantur ab hominibus, nec vt hominibus, sed vt soli Deo placeant. *1. Quadr. Dominica 2. feria 3. nu. 6. & in communi Sanctarum mulierum conc. 1. nu. 14. vbi ex professo, & in proprio Sanctorum conc. 2. Ioannis Baptistæ nu. 3. & in communi confess. pontif. Euangel. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 1. nu. 5. vsque ad nu. 20. vbi latissimè, & in Aduent. Dominica 3. post Epiphaniam conc. 2. nu 25.*

Nam alias nullam mercedem recipient, *In Dominicali dominica 5. post Pente. conc. 1. nu. 4.* & maximam Deo irrogabunt iniuriam. *In Dominicali dominica 5. post Pente. conc. 2. numero 4.*

In operibus nostris hunc finem habere debemus, vt scilicet vni Deo placeamus. *In communi confess. pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 2. nu. 2. & 4. Quadr. conc. Cinerum num. 28. & in communi Sanctarum mulierum conc. 1. num. 14. vbi latè, & in Dominicali dominica 8. post Pente. conc. 2. num. 31.*

Sapientia vera solum est sapida summi boni cognitio. *3. Quadr. domin. 1 fer. 3. nu. 3. & in communi Doctorum conc. 3. nu. 6.*

Qui hac sapientia fruuntur, vitam dulcissimam, & gloriæ similem degunt. *In proprio Sanctorum conc. 1. D. Francisci nu. 7.*

Hanc veram sapientiam quib. Deus communicet. *3. Quadr. domi. 1. fer. 6. num. 4. & in communi Doctorum conc. 3. num. 6.*

Sapientia hæc vera non nisi per temporalium rerum desertionem, & cœlestium contemplationem acquiritur. *In proprio Sanctorū conc. 1. D. Francisci nu 6.* Et ex familiari cum Deo conuersatione. *In proprio Sanctorum con. 2. visitationis B. Mariæ nu. 11.*

Ad sapientiam hanc comparandam primus gradus est fides. *3. Quadr. Domin. 1. feria 3. num. 8.*

Hæc sapientia vera omne quod terrenum sapit, facit contemnere. *In proprio Sanctorum conc. 2. visitationis B. Mariæ numer. 13. vbi ex professo.*

Huius veræ sapientiæ opus & munus est, quædam bonitatis & pulchritudinis diuinæ altissima contemplatio. *In proprio Sanctorum conc. 2. visitationis B. Mariæ nu. 12.*

Sapientia hæc vera Dei labores, & tribulationes dulces reddit. *3. Quadr. Domin. 1. feria 3. num. 9.*

Sapientes, & doctores absque virtute, & amore Dei sacrosanctæ Ecclesiæ maxime nociui, & perniciosi sunt: vide singularem rationem. *In Dominicali domin. 17. post Pente. conc. 1. num. 2.*

Sapientibus relictis, solet Deus simplicibus delectationem spiritualem communicare: & quare. *3. Quadragesim. Domin. 4. feria 4. numer. 5.*

Ne sapientes mortuis tantum libris sed libro etiam vitæ, Iesu Christo, diligenter incumbant. *In communi Doctorum conc. 1. n. 18. vbi latè.*

Sapientes maximo timore viuere debent, ne scilicet eorum scientia in ipsorum condemnationem vertatur. *In communi Doctorum conc. 1. nu. 20.*

Sapientes non sunt qui suos deprauatos appetitus non superant, & vincunt. *In Dominicali dom. 17. post Pente. conc. 1. nu. 5.*

Sapientes sint qui eligunt ad prælaturas, siue ad alias dignitates. *In communi Doctorum conc. 2. nu. 9.*

Sapientes non sint contenti intellectum sapientia illuminari: sed curent etiam voluntatem charitate, & affectu inflammari. *In communi Doctorum conc. 2. num. 10. vbi latè, & in communi virginum conc. 3 nu. 17. & in proprio Sanctorum conc. 4. D. Francisci nu. 4. vbi latissimè.*

Sapientes viri sunt lux mundi. *In communi Doctorum conc. 2. nu. 23.*

Sapientia speculatiua scientiarum, bona, & vtilis est: sed vltra illam sapientia practica est necessaria, quæ in voluntatis affectibus, & operibus consistit. *In communi Doctorum con. 3. nu. 4. vbi latissimè.*

Ad sapientiam certissimum iter est puritas conscientiæ, & virtutum exercitatio. *In communi Doctorum conc. 3. nu. 7.*

Sapientum inopia, & defectus summe deploranda est: & est vnum ex grauioribus Dei supplicijs. *In communi Doctorum conc. 3. numer. 20.*

Sapientes plus temporis, & curæ in studio salutis suarum animarum, quam alienarum expendant. *In communi virginum conc. 3. numer. 21.*

Amplificabitur hic locus ex verbo scientia.

Satisfactio Christi, vide passio Christi.

SCANDALVM.

Scandalum quid significet. *In Dominicali dom. 11. post Pente. conc. 2. num. 14.*

Scandalum præbentes acerrime à Deo puniuntur. *1. Quadr. domin. in Passione fer. 2. nu. 28. & in communi conf. pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 1. nu. 21. & in proprio Sanctorum conc. 4. dedicationis Michaelis nu. 23. & in Dominicali dom. 11. post Pente. conc. 2. num. 15.*

Ne scandalum demus, tenemur subire quodcunq; vitæ periculum. *3. Quadr. feria 6. post Cineres nu. 18.*

Scandalum alijs præbentes significant se Christo mortem negligere: & quare. *3. Quadrag. dom. 2. fer. 3. nu. 9.*

Scandala prælatorum, principum, & concionatorum perniciosissima. *In cõmuni conf. pontif. Euang. Nemo accendit lucernam, &c. conc. 1. nu. 22. & in proprio Sanct. conc. 3. dedicationis Michaelis nu. 32.* de quo vide plurima in verbo, exemplum maiorum, & in verbo prælatus, & ibi inuenies, quæ hic desunt.

Reliqua omnia, quę huc spectant, vide exemplum malum, & occasio peccandi.

SCIENTIA, ET DE sciendi auiditate.

Deuotionis specie dicere se nolle scire, aut studere, quã grandis stultitia. *Domin. 4. Aduent. conc. 4. nu. 19.* vbi latè hos rudes, & idiotas increpat.

Pœna solet Dei esse æquissima, vt qui scientia ad suam vtilitatem vti noluit eam amittat, & in errores incidat. *In Aduent. concio. 2. Conceptionis B. Mariæ num. 24. & in proprio Sanctorum conc. 3. D. Francisci nu. 24.*

Sciendi auiditate diabolus olim primum hominem, & nunc quam plurimos decipit. *In communi Sanctorum conc 3. num. 13. vbi ex professo, & in proprio Sanctorum conc. 2. Diui Francisci nu. 22.*

Ad scientiarum affluentiam comparandam, puritas conscientiæ, & virtutum exercitio certissimum iter est. *In communi Doctorũ conc. 3. nu. 7.*

Scientiarum affluẽtia sine charitate quam parum prosit, ipsis etiam sapientibus *In communi Doctorum conc. 1. nu. 18 & conc. 3. nu. 13. & in communi virginum conc. 3 nu. 17. & in Dominicali dom. 17. post Pent. conc. 1. nu. 5.*

Quamuis ad scientiam acquirendam bonum sit nos multum laborare: ad charitatem autem comparandam longe diligentius nos oportet laborare. *In communi Doctorum conc. 2. num. 12. vbi ex professo, & conc. 3. nu. 4. vbi latissimè.*

Contra illos qui scientijs vanis & curiositatibus dediti sunt. *In proprio Sanctorum con. 4. Ascensionis nu. 14.*

Quãto diligentius homines humanis scientijs addiscendis intendunt, tantò tepidius plerumq; diligunt: quia quo plus animus intellectu operatur, tanto minus potest voluntate, & affectu proficere. *In proprio Sanctorum conc. 4. D. Francisci nu. 2. vbi latè.*

Vtrum exercitatione intellectus clarior fit ad intelligendum scientiam cui incumbit. *In Aduent. conc. 3. Natiuitatis nu. 30.*

Qui diuino amore caret, quo maiorem scientiam acquirit, eo magis superbit, & est condemnationi propinquior. *In Aduent. con. 4. Epiphaniæ num. 19.*

Intellectum nostrum oportet deuincire, ne vana curiosa, ac lasciua scire curet: postea enim ad necessaria percipienda inhabilis remanet. *In Aduent. Domin. 5. post Epiphaniam conc. 1. num. 4.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, sapientia, vbi plurima quæ huc spectant collegimus.

Sebastiani laudes, vide *in communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 3. nu. 23.*

SECRETVM, ET silentium.

Secreta manifestare, & spiritualis & corporis mortis certissima sæpe est causa *1. Quadr. conc. quinquagesima nu. 2. & 4. Quad. conc. quinquagesimæ nu. 3. & in Dominicali dom. 22. post Pente. conc. 1. nu. 22.*

Res secretæ, & magni momenti non sunt cum omnibus communicandæ. *4. Quadrag.*

conc.

bant, diligentissime præstabant. *In Aduent. conc 4. Epiphan. nu. 18.*

Quam diligenter Deus seruos suos defendat, & protegat. *In Aduent. Dominica 1. post Epiphan. conc 2. nu 4. & 3. Quadr. Sabbatho post Cineres nu. 27. vbi latè.*

Maximè necessarium est homines feruentissimo spiritus affectu Deo seruire incipere: nam semper ille primus feruor animum ad maiora excitat, nec eum ab incepto deficere patitur. *In Aduent. Domin. 1. post Epiphan. conc. 4. num. 5.*

Diligentia, & solitudine quam in Dei seruitio habere debem⁹, vide verbo, pigritia, vbi omnia simul collegimus.

Sufficit ad salutem seruire Deo, eo modo quo peccato seruiuimus. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. nu. 18. vbi latissimè. & 3. Quadr. Dominica Passionis fer. 5. nu. 15.*

Deo qui seruit, neminem timere debet, nec indiget multis armis ad se protegendum. *3. Quadrag. Sabbatho post Cineres num. 28. & vbi latè.*

Deo seruire, & mundi simul amicitiam conseruare, non est possibile. *In proprio Sanctorum conc. 4. Inuentionis Crucis nu 4.*

Deo seruire volenti plurimæ difficultates repræsentantur: quas omnes opportuniori tempore diuinitus sublatas experietur. *1. Quadr. Dominica Resurrectionis nu. 29. & 2. Quadr. eadem Dominica 23. & 3. Quadr. eadem Domin. nu. 34.*

Deus exposcit vt vnusquisq; ei seruiat, secundum status sui conditionem. *3. Quadrag. Dominica in Ramis n. 16. & in communi confess. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc. 1. nu 22.*

Seruire Deo nolle nisi in his, quæ tibi grata, suauia, & non difficilia sunt, ex amore proprio dimanat. *In Aduent. Domin. 4. post Epiphaniam conc. 1. nu. 6.*

Semper Deus ad exhibita sibi seruitia attendit, & nunquam eorum obliuiscitur. *In Dominicali dom. 5. post Pente. conc. 1. nu. 15.*

Mirabile est videre rationem, quam gratissimus noster Deus munerum, & seruitiorum sibi factorum habet. *In Dominicali domin. 6. post Pente. conc. 1. nu. 15.*

Seruire Deo, regnare est. *In Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 1. num. 7. vbi latè.*

Si Deus tristitia affici posset, incomparabilem acciperet, cernens homines tam abominabili domino, scilicet Diabolo, sine vllo præmio seruire, & tam paucos ipsi Deo. *In Dominicali dominica 14. post Pente. conc. 1. num. 32.*

Deus hos paucos, quos in mundo seruos habet magni facit, & æstimat. *In Dominicali dom. 14. post Pente. conc. 1. nu. 34.*

Vnusquisque in seipso discere potest, qualiter Deo seruire debet. *In Dominicali domin. 14. post Pente. conc. 1. nu. 6. vbi latè.*

Confusionem parit quam prompto & hilari animo sumus ad seruiendum regibu, si Dominis temporalibus & quanta segnitia, & tristitia Deo. *In Dominicali dom. 22. post Pente. conc. 2. nu. 28.*

Innumera & infinita sunt propter quæ Deo diligentissime seruire debemus. *In Dominicali dominica 22. post Pente. conc. 2. numer. 42.*

Seruus Dei, vide iustus.

§. SERVITVS humana.

Seruitus per peccatum introducta est. *1. Quadr. fer. 5 post Cineres nu. 9.*

Leges quas serui debent obseruare. *1. Quadr feria 5. post Cineres nu 10.*

Deo maximè placet, quod serui suis Dominis etiam, si tyranni sint, in his qui legi Dei non repugnant, inseruiant. *In Dominicali dominica 14. post Pente. conc 1. nu 35.*

Seruitus, vide etiam libertas.

Silentium, vide secretum.

SIMONIA.

Simoniaci Iudam imitantes, taxant, & appretiant Christum: cum sit inæstimabilis. *In proprio Sanctorum feria 2. Pente. conc. 1. num. 11.*

SIMPLICITAS, ET sinceritas.

Simplicitatis & sinceritatis amicos Deus diligit. *4. Quad. dom. in Ramis n. 5.*

Since-

Sinceritatem, & simplicitatem (quam Diabolus à primis nostris parentibus auulsit, & loco illius malitiam, & simulationem seminauit) nostris cordibus Deus vult inserire. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis nu 19.*

Sinceritas cordis quam grata sit Deo. *3. Quadr. dom. 1 feria 3. nu. 13.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, sapientia.

Sobrietas, in cibo & potu, vide gula.

Societas, bona vel mala, vide, conuersatio.

Solicitudo rerum spiritualium, & quæ ad seruitium Dei spectant, vide verbo, pigritia, vbi omnia simul collegimus.

Solicitudo temporalium, vide verbo, bona temporalia. §. cótra inexhaustam terrestrium nimiamque bonorum temporalium solicitudinem.

Solicitudo. salutis animæ, vide verbo, animæ salus.

SOLITVDO.

IN solitudine, magna ac sublimia seruis suis Deus communicat: & anima ibi est magis expedita ad hos diuinos fauores, & beneficia accipiendos. *In Dominicali domin. 12. post Pente. conc. 2. nu 2. vbi latissimè & 2. Quadr. dom. 4. nu. 2. & in Dominicali dom. 4. post Pascha conc. 3. nu. 10.*

Solitudo orationi est necessaria. *2. Quadr. dom. 2. nu. 8. & 3 Quadr. Sabbato post Cineres nu. 13. vbi latissimè, & in proprio Sanctor. con. 1. Bartholomæi nu. 13. & conc. 2. sequenti n. 14. vbi latè, & in Dominicali feria 2. in litanijs maiorib. conc. 2. nu. 3 & ibi nu. 35.*

Solitudo est opportuna ad vincendas tentationes. *4 Quadr. dom. 1. nu. 7.*

Solitudo est necessaria ad monachalem vitam perferendam, & in ea perseuerandum. *In Dominicali dominica 12. post Pente. conc. 2. num. 8.*

Solitudinem quærere, & ad ipsam fugere, quam necessarium. *Dominica 4. Aduent. con. 1. num. 12. & conc. 2. num. 10. & conc. 3. num. 23.* quibus locis solitudinis vtilitates recensentur.

Amplificabitur hic locus ex verbo, conuersatio.

Solemnis dies, vide festus.

SPES, ET DESPERATIO.

SPei variæ descriptiones explicantur. *1. Quadr. dom. 2. nu. 2.*

Spes salutis est, dum in hac vita sumus, postea minimè. *3. Quadr. domin. in Passione feria 2. nu. 5.*

Spes donum est ex quo gaudium in tribulationibus nascitur. *In proprio Sanctorum con. 2. Philippi & Iacobi nu. 23.*

Quanto spes feruentior ac viuidior fuerit, tanto feruentius difficilioribus rebus acerrimæ scilicet pœnitentiæ, offertur: & facilius præsentia, delicias scilicet huius sæculi, negligit. *In proprio Sanctorum concion. 2. omnium Sanctorum nu. 2.*

Spes & patientiæ fons, & origo. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctor. nu. 3.*

Spes fulcitur humanum cor ad perseuerandum in exercitio virtutum, & resistentia tentationum. *In proprio Sanctorum conc. 4. omnium Sanctorum num. 4.*

Spes infinitæ Dei probitati, & veritati iure debetur. *In proprio Sanctorum con. 4. omnium Sanctorum nu. 2.*

Spe præmij æterni nos præcingi oportet, ad laboriosa opera humilitatisq; & mortificationis exercenda. *In proprio Sanctor. conc. 4. omnium Sanctorum nu. 5.*

Anima quæ hanc spei virtutem diuino fauore est consequuta quanto otio, quiete ac tranquillitate viuat. *In Dominicali domin. in Albis conc. 1. nu. 20.*

Spe humanæ voluptates superantur, ne cor nostrum turbare possint. *In proprio Sanctorũ conc. 1. Philippi & Iacobi nu. 11.*

Spe aduersitatum perturbationes vincuntur. *In proprio Sanctorum conc. 1. Philippi & Iacobi nu. 13. & conc. 2. nu. 22.*

Nunquam frustra, & inaniter iustus sperat. *In Dominicali dom. 23. post Pente. conc. 2. nu. 28. vbi latè.*

Pro mensura spei Deus munera sua fidelibus donat. *In Dominicali dom. 23. post Pente.*

conc.2.num.26.

Ad perterritos animos à metu, & desperatione reuocandos: & in Deo hominum mentes in quacumque necessitate firmandas, ac demum ad nutantes in fide, & spe confirmandos, plurima collegimus in verbo, Fiducia, quæ hoc loco attexere licet, vbi reliqua omnia, quæ hic desunt inuenies.

SPIRITVS SANCTVS.

Spiritus sancti Aduentus Apostolos in gratia confirmauit. *In proprio Sanctor. conc. 3. diei sancti Pente. nu 1.*

Spiritus sancti Aduentus vtilior fuit Ecclesiæ militanti, quam Christi ascensus Ecclesiæ triumphanti. *In proprio Sanctorum concion. 1. diei sancti Pente. num. 2. & feria 3. Pente. con. 2. num. 2.*

Spiritus sanctus super linguas Apostolorum resedit. *In proprio Sanctorum conc 2. diei sancti Pente. nu. 30.*

Spiritus sanctus à patre, & filio procedit. *In proprio Sanctorum conc 3. diei sancti Pent. num. 2.*

Sanctus Spiritus proprie loquendo, nec venire dicitur, nec abire, quia vbique est: sed ex peculiari effectu quem operatur venire dicitur. *In proprio Sanctorum conc. 3. diei sancti Pente. nu. 3.*

Spiritus sanctus licet sit vbique, speciatim tamen iustis inesse dicitur per quendam peculiarem illapsum. *In proprio Sanctorum con. 3. diei sancti Pente. nu. 6.*

Spiritus sanctus non descendit super illos qui ira, inimicitia, & simultatibus diuisi sunt: *In proprio Sanctorum conc. 3. diei sancti Pent. numer. 20.*

Ad Spiritus sancti descensum magna præparatio est animus quietus, & humilis. *In proprio Sanctorum conc. 3. diei sancti Pente. n. 21. & feria 3. Pente. conc. 2. nu. 17.*

Incarnatio Christi fuit causa meritoria Aduentus Spiritus sanctus. *In proprio Sanctorum conc. 1. fer. 2. Pente. nu. 16. & ibi feria 3. Pente. conc. 2 nu. 6.*

Spiritus sancti virtus quam in anima operatur adeò magna est, vt anima aliqualiter S. Spiritus appareat. *In proprio Sanctorum conc. 1. fer. 2. Pente. nu. 28.*

De virtute etiam eximia huius diuini spiritus, vide *in proprio Sanctorum feria 3. Pent. conc. 1. nu. 22.*

Spiritus sancti missio quam necessaria. *In proprio Sanctor. conc. 2. fer. 2. Pente. nu. 22.*

Spiritus S. quam gratis datur. *In proprio Sanctor. conc. 2. fer. 2. Pente. nu. 24.*

Spiritus S. variæ sunt proprietates, & sic varijs nominibus insignitur. *In proprio Sanctor. conc. 2 fer. 2. Pente. nu. 25.*

Spiritum sanctum tanto maiori cum plenitudine accipimus, quanto maiorem diligentiam adhibemus in emendanda conscientia, & in alijs spiritualibus exercitijs. *In proprio Sanctorum fer. 2. Pent. conc. 3. nu. 17.*

Spiritus S. magnis consolationibus lætificat animam in quam venit. *In proprio Sanctor. fer. 2. Pente. conc. 4. nu. 12.*

Nec hic diuinus spiritus superueniat, impedimento est carnis spiritus. *In proprio Sanctor. feria 2. Pente. conc 4. nu 16.*

Si nos præparare volumus, vt Spiritũ sanctum recipiamus, nostrum obitum memoria recolere debemus. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pente. conc. 4. nu. 20.*

Spiritum S. in specie vehementis venti se dedisse quam congruum fuit. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pent. conc. 2. nu. 7.*

Spiritus sanctus in Apostolos descendit, propter merita humanitatis Christi. *In proprio Sanctorum feria 3. Pentec. conc. 2. nu 7.*

Spiritus sancti descensui tribuenda est vtilitas, & efficacia maxima prædicationis Apostolorum. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pentec, conc. 2. nu. 11.* vbi latè de efficacia prædicationis Apostolorum.

Spiritus sanctus cur in figura ignis se fidelibus dedit. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pente, conc. 2. nu. 16.*

Nisi Spiritus sancti igne animæ purificari nequeunt. *In proprio Sanctorum fer. 3. Pentec. conc. 2. nu. 17.*

Ex præcipuis effectibus quos solet Spiritus sanctus in hominibus operari, vnus est vt inuicem communicentur, liberalesque sint. *In proprio Sanctor. conc. 2. Trinitatis nu. 7.*

Nisi Spiritus sanctus super Apostolos descendisset, fides & charitas Ecclesię militantis peri-

periclitaretur. *In proprio Sanctorum concio. 1. diei Sancti Pent. num. 2.*

Temporalium rerum amorem, affectionemque à vobis expellere conemini, vt Spiritus sanctus ad vos veniat. *In Dominicali domin. 4. post Pascha conc. 3. nu. 9.*

Spiritus sancti missio fuit euidens testimonium diuinitatis Christi. *In Dominicali dominica infra octauam Natiuitatis concion. 1. num. 19.*

Nullum est verum solatium, quod non ab hoc diuino paracleto, hoc est consolatore dimanet. *In Dominicali domin. infra octauam Ascensionis conc. 2. nu. 8.*

§. *MAGNIFICA SPIRItus sancti dona.*

Spiritus sancti Aduentus maxima & mirabilia nobis communicauit dona. *In proprio Sanctor. conc. 2. diei sancti Pente. nu. 25. & in Dominicali dom. infra octauam Ascensionis conc. 2. nu. 5.*

Spiritus sancti donis, & habiles reddimur ad bene operandum, & animæ nostræ ordinantur, & componuntur. *In proprio Sanctor. fer. 2. Pente. conc. 3. nu. 15.*

Dei dona, & honores ad eos ire solent, qui se illis indignos esse reputant. *In proprio Sanctorum conc. 3. visitationis Beatæ Mariæ num. 24.*

Dona Dei à Diaboli donis discernuntur, ex eo quod illa humilem, hæc inanem reddunt hominem. *In proprio Sanctorum conc. 1. Diui Francisci nu. 16.*

Dona quæ suis Deus confert tot ac tanta sunt, vt nec dici, nec explicari queant: adeò vt ipsamet sapientia Christus nomen quod eis imponat inuenire non posse videatur. *In proprio Sanctorum conc. 2. Diui Francisci numero 26.*

Spiritus sancti consolatio non est aliquod peculiare donum, sed fontes illius sunt tres theologales virtutes Spiritu sancto afflante, eleuatæ, & auctæ. *In Dominicali domin. infra octauam Ascensionis conc. 3. nu. 12. vbi ex professo.*

Spiritus sancti dona per merita Iesu Christi confidenter efflagitanda sunt. *In Dominicali domin. infra octauam Ascensionis conc. 3. num. 20.*

Singula Spiritus S. dona, sigillatim suo quæque loco digessimus.

Sponsalia, vide verbo, coniuges.

Statum, eligere, & vnumquemque in suo statu Deo seruire, & opera sui status exercere, vide verbo, officium, vbi omnia simul collegimus.

SVPERBIA, SVPERBI.

Superbia inter omnia peccata præcipue homines excæcat. *2. Quadr. dom. Passionis feria 6. nu. 23.*

Superbi inter omnes peccatores contra Deum erecto collo currunt. *3. Quadr. dom. 2. feria 3. num 31.*

Superbia plurimorum scelerum, abominationum fons, & origo. *3. Quad. dom. Passionis feria 6. nu. 25. & 4. Quadr. domin. 4. fer. 2. nu. 21. & in proprio Sanctor. conc. 4. dedicationis Michaelis nu. 2. & in Dominicali dom. 20. post Pente. conc. 1 nu. 2.*

Superbia spiritualis summè mala. *In propr. Sanctorum conc. 2. Trinit. nu. 29.*

Superbia quam grāde sit malum, & quam Deo odibile. *In proprio Sanctorum conc. 2. Trinitatis nu. 26. & ibi conc. 2. Ioan. Baptistæ nu. 23. & in Aduent. conc. 4. Purificationis B. Mariæ nu. 9 & in Dominicali domin. 20. post Pente. conc. 2 num. 3.*

Nullum aliud præter superbiæ & ambitionis vitium Apostolos inuasit. *In propr. Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis num. 5.*

Superbia & ambitio est familiarius vitium hominibus Deo dicatis, ac religiosis. *In proprio Sanctorum conc. 2. dedicationis Michaelis num. 5.*

Superborum ingenium est bonorum desideriorum, & pij zeli colore ambitionem suā operire. *In proprio Sanctor. conc. 1. dedicationis Michaelis nu. 10. vbi ex professo.*

Superbus & ambitiosus fingit se humanum & tractabilem: at postquam ad gradum quem anhelabat, promouetur, illico ostendit, quam sit rigidus, inhumanus, tyrannus, & crudelis. *In proprio Sanctorum conc. 1. Iacobi num. 18.*

Superbia quam isti in corde habent, verbis etiam ostendunt. *Dominica 2. Aduentus conc.1.nu.28.*

Superbiæ euidens indicium est, te non posse ferre alium de tuis defectibus te admonere. *In Aduent.conc.2 Andreæ nu.10.*

Superbia efficit hominem tyrannum. *In proprio Sanctorum conc. 2. omnium Sanctor. num.27.*

Superbia quam infirmum vitium sit, vel ex eo colligitur, quod in mendacio & in eo, quod vere non est, fundatur. *Dominica 3. Aduent.conc.4.nu.10.*

Superbia adeo graue vitium est: vt ad ipsum extirpandum permittat sæpe Deus alia peccata committi. *3. Quadr.dom.2 fer. 3. numer.30.*

Superbia charitatem in frigidat, & viscera misericordiæ claudit. *2. Quadr.dom.2.feria 3. nu. 15. & in Dominicali dom. 10 post Pentec. conc.1.nu.17.*

Superbia in sacra Scriptura pestilentia dicitur, & quare. *2 Quadr.domin.2 feria 4. numer.8.*

Magnæ superbiæ signum est, propriam sententiam in omnibus sequi velle. *In Aduen. conc.1.Thomæ nu. 16.*

Hoc ambitionis vitium nulli hominum statui parcit. *2. Quadr.dom.2 fer.4.num.9. & 4. Quadr.dom.2. fer. 4. nu.19. & in Aduent. conc.1. Andreæ nu.19.*

Superbia infidelium non adæquat Christianorum superbiam. *1. Quadr.conc.in Cœna nu.30.*

Superbire solent facillimè infimi homines ad dignitatem aliquam promoti. *4. Quadra. conc.in Cœna nu.38.*

Superbos esse seruos, & quare. *1. Quad.domin.2 feria 3.nu 19. & in Aduent.conc.4. Purificationis B.Mariæ num. 9.*

Superbia est inuidiæ mater: inuidia vero odium & iram peperit. *In dominicali dom. in Albis conc.3.nu. 17.*

Deus maximo odio superbos execratur: nam vera magnitudo sophisticam, & fictam naturaliter odit. *In proprio Sanctorum conc.3. dedicationis Michaelis nu.27.*

Superbia est spiritualium ruinarum fons. *In proprio Sanctorum conc.4. dedicationis Michaelis num.2.*

Quod superbi, vt se honorent, accipiunt, Deus illud accipit, vt eos confundat. *4. Quad. dom in Passione fer.6.nu.20.*

Superbia in pauperibus eos redigit in miserrimam omnium seruitutem. *1. Quadr.domin.2 fer.4.nu 16.*

Superbi omni spirituali consolatione, & auxilio, quod humilibus à Deo tribuitur priuantur. *3. Quadr. domin. in Passione feria 3. num.26.*

Hoc honoris ardens desiderium Deus hominum animis impressit, vt honoris appetitus: quod ex eo sequitur ignominiæ odium nos vehementissime ad virtutis studium, & vitiorum execrationem inuitaret. *1. Quadrag. Dom.2.fer.4.nu.11: vbi ex professo.*

Superbia ex bonis operibus sæpe prodit. *2. Quadr.dom.2 fer.4.nu.11.*

Superbia in prælatis summe reprehensibilis, & execrabilis est. *2. Quadrag. Dominica 2.feria 4. num. 15. & 3. Quadr.Dominica 2. fer.3.num.26.*

Quia superbi se dignos esse præsumunt, ideo ad ipsos Dei dona non perueniunt. *In proprio Sanctorum conc.3.Visitationis B.Mariæ nu.24.*

Contra superbos, qui bonorum operum gloriam sibi adscribunt, comminationes Dei horribiles. *In proprio Sanctorum conc.2. Trinitatis num 24. & in Dominicali dom.1. post Pente.conc.2.nu.17.*

Superborum ingenium est omnia opera facere, vt ab hominibns videantur. *3. Quadr. dom.in Passione feria 3.nu.12.*

Superbia quantum sit facinus, patet ex supplicio maximo, quo Deus eam punire cõsueuit. *In proprio Sanctorum conc.4. omnium Sanctorum nu.17.*

Ambitio non vitiosa, sed laudabilis & Deo grata est, absq; aliorum despectu alijs probitate antecellere velle. *In proprio Sanctorum conc.2.dedicationis Michaelis num.13.*

Superbia inuenit hos vanissimos titulos, & cognomina, quibus ipsa crescit. *3. Quadr. dominica 2.feria 3.num.34.* Qui tituli parum apud Deum valent. *3 Quadr.domin 3 feria 2. num.14. & in Aduent. conc.1. Ioannis Euangelistæ nu.33.*

De sup-

De supplicio superbis inflicto clementissimus Iesus gaudet: quia in eo elucescit potentiæ ac iustitiæ diuinæ splendor. *In proprio Sanctorum conc.1.D.Francisci nu.10. & conc. 3.Diui Francisci num. 22. vbi latè.*

Superbia tantum malum est, vt per antonomasiam iniuria Dei dicatur. *In Dominicali domin.5.post Pente.conc.1.nu.7.*

Tanta est ambitiosi cupiditas, vt pro re vilissima, rem tantam qualis est æterna gloria contemnat. *In Dominicali dom.2.post Pente. conc.1.nu.27.*

Superbia humana excedit Luciferinam. *In Dominicali dominica 20. post Pente. conc.1. num.6.*

Vanissimum est propter generis nobilitatem superbire. *In Dominicali domin. 20. post Pente.conc.1.num.6.*

Ambitiosus nunquam satiatur. *3. Quadr. fer 5 in Cœna nu 22.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, vana gloria.

REMEDIA AD SVPERBORVM *ceruicem domandam, atq; animi elatioris petulantiam reprimendam.*

PRimo considera quam cito, & quam facile pompa, & gloria hæc humana qua gaudes euanescit. *Dominica 3. Aduent. conc.1.nu.22. & 2.Quadr.dominica in Ramis num 32. & 4. Quadr. dominica in Ramis nu. 15. & in dominica 2. Aduent. conc. 3. num.8. vbi latè.*

2. Considera vnigeniti filij Dei humilitatem. *In Aduent.conc.1.Natiuitat.nu. 26. vbi latè & 3. Quadr.Dominica in Passione fer. 2. nu.24 vbi latè.*

3. Considera quod Deus superbum prosternit, humilem verò exaltat. *In Aduent.con. 1.Circuncisionis nu.10.*

4. Considera bonum quod est in tuis bonis operibus Deum facere. *Dominica 2. Aduent.conc.1.nu.28. & in Dominicali dom. 19. post Pent. conc.2.nu.19.*

5. Infœlici rerum euentu cogita commissa peccata, ne superbia intumescas. *Dominica 3. Aduent. conc. 2 nu.31.*

6. Si opera tua cum Sanctorum operibus conferas, imperfectissima videbuntur. *Dominica 2.Aduent. conc. 1. nu. 29. in proprio Sanctorum conc. 2. Diui Francisci nu.37. vbi latè & in Dominicali dom.10 post Pente. conc. 2. nu 12. & nu 36.*

7. Nil est cur opera nostra bona laudemus, & de illis gloriemur: quia quæ facimus bona in vtilitatem nostram facimus. *Domin.2. Aduent.conc.1.nu. 30.*

8. Ne donis à Deo tibi datis superbias, illa omnia quasi onera suscipe, considerans debitum reddendi rationem de illis. *In proprio Sanctorum concion.1.Diui Francisci num.16. in Dominicali dominica 21.post Pente.conc.1. num.24.*

9. Considera etiam, quod quo magis crescunt beneficia, magis etiam crescit necessitas diuini auxilij ad ipsorum conseruationē. *In proprio Sanctorum conc. 1. Diui Francisci nu.19.*

10. Ne superbi proximos suos contēnant, quantumcunque viles, & abiecti eis esse videantur, considerent Deum illos tanti æstimare, vt eorum ministros Angelos faciat. *In proprio Sanctorum conc. 1. dedicationis Michaelis nu.34.*

11. Contra superbiam maximum remedium est propriæ vilitatis agnitio. *4 Quadr domin.2.Diui Francisci nu.17.vbi latissime, & conc.1.D.Francisci num. 21.*

12. Considera superbum Deo, & hominibus esse odibilem. *4. Quadragesim. Domin. 2.feria 6.nu.1. & in proprio Sanctorum conc. 2.Trinitatis nu 26. & ibi conc.2.Ioan.Baptistæ nu.23.*

13. Ad superbiam detestandam considera maxime propinquum esse tuum finem. *In proprio Sanctorum concion. 4. Diui Francisci num.20.*

14. Hoc vnum ad illam detestandam sufficeret, quod ambitio ipsa charissimo amico nostro Iesu Christo vitam ademit. *2. Quadr. dom.Passionis fer.6.nu 21.*

15. Superbi considerent ipsos sequi Luciferum propter superbiam de cœlo sicut fulgur cadentem. *In proprio Sanctorum conc. 2. Incarnationis nu.15.*

16. Considera etiam, quod quia superbi se di-

ſe dignos eſſe præſumunt, ideo ab eis honores refugiunt. *In proprio Sanctorum conc. 3. Viſitationis B. Mariæ nu. 24.* Nullus enim peccator verum honorem habet. *Domin. 3. Aduent. conc. 4. nu. 11.*

17. Superbus pompam, & vanitatem huius ſæculi ambiens, eadem gloria vana opprimi, & ab ea cum magna confuſione excidere ſolet. *In proprio Sanctorum conc. 4. Ioannis Baptiſtæ numero 14. & in Dominicali dominica infra octauam Aſcenſionis concion. 1. num. 12.*

18. Conſidera etiam, quod ſuperborum lętitia, honor, & dignitas, omnia in eorum incommodum reſultant. *In proprio Sanctorum conc. 2. Petri & Pauli nu. 18.*

19. Conſidera ambitioſos nunquam ſaturari bonis hiſce, quos ambiunt. *In proprio Sanctor. conc. 1. Iacobi nu. 22.* de quo vide plura verbo, bona temporalia.

20. Contra ſuperbiam maximum remedium eſt conſiderare, quod lutum & cinis es. *1. Quadr. conc. Cinerum num. 24.* Nam vnam ex præcipuis medicamentis, quo hæc infirmitas curari poteſt, eſt lutum ſuper oculos cordis collocare. *3. Quadr. Dominica 4. feria 4. nu. 34.*

21. Ad ſuperbiam ex literarum eminenti ſcientia ortam reprimendam, conſidera per diuinam prouidentiam ſæpenumero accidere, vt imperitus quidam literarum plus ſapientiæ, quam doctiſſimus quiſq; adipiſcatur. *2. Quadr. dom. 4. nu. 17.*

22. Ne ex operibus bonis inanem gloriam comparetis, pugnate viriliter: conſiderantes eorum gloriam Deo deberi. *In proprio Sanctorum conc. 1. Inuentionis Crucis num. 17.* de quo vide plura verbo opera. §. de intentionis puritate, &c.

23. Si opera noſtra comparemus cum eorum perpendiculo, & regula, quæ eſt Chriſtus quam inania, & infima apparebunt. *In proprio Sanctorum conc. 1. Inuentionis Crucis num. 17.*

24. Quamuis plurima opera in Dei obſequium faciamus, ſemper nos nihil feciſſe iudicabimus, ſi conſideremus ea, quę pro nobis Chriſtus fecit. *In proprio Sanctorum concio. 2. Natiuitatis B. Mariæ nu. 17.*

25. Cum te in virtute profectum cernis, conſidera quiſnam tu antea eſſes? & quod ſi nunc aliquid es à Deo, omnia accepiſti. *Domin. 3. Aduent. conc. 3. nu. 4.*

26. Conſidera etiam quam facile ab hoc ſtatu cadere poſſis, niſi te Deus in ſua gratia conſeruet. *Dominica 3. Aduentus conc. 3. numer. 4.*

27. Vt iactantiæ, & inani gloriæ reſiſtamus, partim bene operari, partim vero contra inanem gloriam, & malam intentionem pugnare debemus. *In Dominicali dom. 5. poſt Pente. conc. 2. num. 6.*

28. Conſidera etiam ſi bona opera facis præcipuum commodum comparare, & erga Deum ſeruum eſſe inutilem. *In Dominicali dom 19 poſt Pente. conc 2. nu. 19.*

Contra ſuperbiam proſunt decem, & ſeptem remedia, quæ collegimus verbo, humilitas. §. ad humilitatem comparandam, & aſſequutam conſeruandam præſentanea remedia.

SVPPLICIA DEI.

Cum propter peccata te Deus punit in hac vita, ingentes gratias illi agere debes: quia ſignum eſt nolle te maiori ſupplicio punire, nec ſupplicium in aliam vitam reſeruare. *In Aduent. conc. 1. Natiuitatis num. 13.*

Vitæ huius ſupplicia, ſignum ſunt prædeſtinationis. *In Aduent. concion. 1. Natiuitatis num. 14.*

Et ſine ſupplicijs relinquere ſignum reprobationis. *In Dominicali dom. 22. poſt Pent. conc. 2. nu. 9.*

Qui diuinæ iræ ſupplicia ob aliqua crimina in alijs vident, & ſe non corrigunt: ſed eadem crimina committunt, maioribus ſupplicijs quam priores digni ſunt, & maiori ſupplicio à Deo punientur. *In Aduent. conc. 1. Stephani nu. 19. & conc. 2. nu. 19.*

Quamuis interdum Deus cum malefactorib. diſſimulat, cum tamen homines minus id cogitant, pœnas repetit. *In Aduen. conc. 2. Stephani nu. 22.*

Deus proprias iniurias obliuiſci videtur, eas vero quæ amicis ſuis fiunt ſeueriſſime vlci-

vlciſcitur. *In Aduent. con. 2. Stephani nu. 27. & 4. Quadr. dom. in Paſſione feria 6. num. 16.*

Sicut in ſacrificijs Dei bonitas declaratur, quæ tam facile peccata ignoſcit: ita in ſupplicijs eadem bonitas manifeſtatur, quæ tantum peccata abhorret. *In Aduent. con. 2. Innocentium nu. 3.*

Deus nũquam nos punit, niſi antea minetur, vt ſi velimus pœnam euitemus. *Domin. 1. Aduent. conc. 4. nu. 2. & 3. Quadr. dom. 1. feria 3. nu. 17. & in Dominicali dom. 9 poſt Pentec. conc. 1. nu. 24.*

Deus hic nos punit ſupplicijs temporalibus, vt euitemus æterna. *Dominic. 1. Aduent. conc. 1. nu. 24.*

Si Deus triſtitiæ eſſet capax, maximam reciperet, quando te punit. *Dominica 1. Aduen. conc. 1. num. 4.*

Dei ſupplicium quo magis differtur, grauius eſſe ſolet. *Dom. 1. Aduent. conc. 1. nu. 5.*

Deus differt iuſtitias, & accelerat miſericordias. *4. Quadr. Dominica Reſurrectionis num. 12.*

Deus ad conferendum in nos beneficia ſumma cum celeritate, ad puniendum vero pedetentim, & quaſi inuitus accedit. *3. Quad. conc. Septuageſimæ nu. 22.*

Malos punire: tanti honoris Deo eſt, quanti bonos remunerare. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 2.*

Cum iuſti malorum ſupplicijs ad maiorem bonitatem incitentur: quanto magis cõmoueri debent peccatores, qui ſe ijſdem ſupplicijs dignos animaduertuntur. *3. Quadr. domin. 2. fer. 5. nu. 3.*

Iuſti malorum ſupplicijs delectantur, propter diuinæ iuſtitiæ ſplendorem. *In propr. Sanctor. conc. 3. D. Franciſci n. 22. vbi latè, & con. 1. D. Franciſci nu. 10.*

Ne quis miſericordia Dei abutatur, conſideret iuſtitiam Dei tam magnam eſſe ſicut eius miſericordiam, & tam cito peccatori ſupplicium aduenire, ſicut iuſto præmium. *In proprio Sauctor. conc. 1. Magdalenæ nu. 7.*

Pro hoc vide etiam *In Aduent. concion. 2. Thomæ nu. 25.*

Ne Deus tam acriter puniat, illum continet miſericordia. *2. Quadr. conc. in Cœna numer. 4.*

Sicut Deus eſt in bonos miſericors, ita in malos ſeuerus, & iuſtus. *In communi confeſſ. pontif. Euangel. Homo quidam peregrè, &c. conc. 2. num. 2.*

Supplicijs de quibuſdam peccatorib. ſumptis alios Deus admonere conſueſcit, quo illi aliorum ſupplicio deterriti ad meliorem frugem ſe recipiant. *4. Quadr. dom. 2. feria 4. nu. 7. vbi latè.*

Deus ſæpiſſime puniri deſinit peccatores propter aliquot iuſtos, qui cum eis ſunt. *In Aduent. Dominica 5. poſt Epiphaniam conc. 3. num. 10. vbi latè.*

Supplicium quod humana diuinaq; iuſtitia de aliquibus peccatoribus ſumit, eſt ad aliorum correptionem. *In Aduent. dom. 1. poſt Epiphan. conc. 3. num. 18.*

Diuina ſupplicia non ſuper iniuſtos quidẽ, ſed ſuper iuſtos cadunt, vt ad maiorem perfectionem erigantur, vice verſa in peccatoribus accidit. *In Aduent. domin. 6. poſt Epiphan. conc 2. nu. 22.*

Ideo Deus homines præcipue punire ſolet, vt à peccato ſe auertant. *In Dominicali domin. 5. poſt Pente. conc. 1. nu. 8.*

Peccatores qui in hac vita non puniuntur, magnopere timere debent. *In Dominicali domin. 8. poſt Pente. conc. 3. nu. 25.*

Ex ſupplicijs Dei electi maximam vtilitatem, præſciti verò duritiam, & obſtinationem accipiunt. *In Dominicali dom. 9. poſt Pentec. conc. 2. nu 7. vbi latè.*

Deus vt impios puniat diuerſis vtitur inſtrumentis. *In Dominicali dom. 9. poſt Pente. conc. 2. nu. 12.*

Solet Deus hominum peccata laboribus & morbis punire. *In Dominicali dom. 18. poſt Pente. conc. 1. nu. 30.*

Cum ſæpe flagella Dei in cordibus plurimorum peccatorum nihil efficiant, in eorum pœnam & duritiem ſolet Deus ipſis priuare. *In Dominicali dominica 22. poſt Pente. conc. 1. num. 12. & 15.*

T.

Temperantia in cibo & potu, vide gula.

Temporalia, vel terrena, vide verbo, bona temporalia.

Templum, vide sacra loca.

TEMPORIS IActura.

TEmporis iactura maxime dolenda. *1. Quadrag. Dom. in Passione feria 3. numer. 18.*

Ne tempus insipienter expendatur, considera vitæ breuitatem, iudicij diem, & alia huiusmodi. *In communi conf. pontif. Euang. Homo quidam peregre, &c. conc. 2. num. 21. & in communi Sanctorum conc. 1. funerali nu. 22. vbi latè.*

Cum tempus vt Deo seruiamus sit præcipue dicatum impertinentibus rebus, imò & in his in quibus ipse Deus offenditur in illud consumere, lachrymandum est. *In communi confess. non pontif. Euang. Sint lumbi vestri. &c. conc. 1. nu. 25.*

Temporis iactura est vnum ex maximis huius vitæ detrimentis. *In proprio Sanctorum conc. 3 visitationis B. Mariæ nu. 8.*

Tempore bene vti sapientia maxima est. *In proprio Sanctorum conc. 3. visitationis B. Mariæ nu. 8.*

Iusti tantam temporis rationem habent, vt ne momento quidem à bonis operibus vacent. *In Dominicali dom. 15. post Pente. conc. 1. num. 22.*

Filij autem huius sęculi inaniter illud consumunt. *In Dominicali domin. 15. post Pente. conc. 1. nu. 26.*

Amplificabitur hic locus ex verbo, otium & ex verbo, pigritia.

THEOLOGIA.

THeologia speculatiua summe vtilis & necessaria est: sed vltra illam Theologia mystica quæ in voluntatis affectibus, & operibus consistit, requiritur. *In communi Doctorum conc. 3. nu. 4. vbi latissimè.*

TESTAMENTARII.

TEstamentariorum in exequendis testamentis negligentię quam acriter à Deo puniuntur. *2. Quad. dom. 3. fer. 4. nu. 36.*

Testimonia falsa, vide verbo, falsa testimonia.

TENTATIO.

IN tentationibus maximum remedium est sacra Scriptura. *1. Quadr. dom. 1. nu. 26. & 2 Quadr. dom. 1. num. 22.*

Tentationibus erudimur. *1. Quadr. dom. 1. feria 4. nu. 24.*

Tentatio aduersitatis fortior, prosperitatis verò periculosior est. *In proprio Sanctor. conc. 1. Philippi & Iacobi nu 3.*

Tentionibus peccandi celerrimè & statim in principio resistendum esse, & quomodo. *1. Quad. dom. 4. fer. 5. n. 29. & 2. Quad. dom. 1. n. 16. & 2. Quad. dom. 1. nu. 43.*

Fortius tentat Diabolus sanctiores, & perfectiores, & religiosos. *In communi virginum conc. 1. n. 33. & in communi conf. pontif. Euag. Homo quidam peregrè, &c conc. 1. n 8.*

Tentationibus nosmetipsos offerre non oportet, sed illas quoad poterimus euitare. *2. Quadr. dom. 1. nu. 16.*

Pro tentationibus vincendis quibus armis muniendi simus. *2. Quad. dom. 1. nu. 20. & 4. Quad. dom. 1. n. 20. & 4 Quadr. dom. 1. nu. 14. vbi latissimè & ex professo.*

Tentat nos Diabolus diuersimode iuxta diuersas quas habemus ad peccandum dispositiones. *2. Quadr. dom. 1. nu. 29.*

Tentat nos Diabolus occulte & pietatis ratione, & amicitiæ specie. *2. Quadr. dom. 1. n. 20. & 4. Quadr. dom. 1. nu. 33.*

Et sub specie virtutis. *3. Quad. dom 1. n. 36. & 4 Quad. dom. in Passione fer. 4 nu. 22.* vbi adducitur notabilis regula ad vitandas has Diaboli fraudes.

A tentationibus minoribus incipit Diabolus, *1. Quadr. dom. 1. n. 19.*

Cum tentatis antequam id quod tibi Diabolus, vel mundus offert, accipias, considera quidnam boni his Dei offensionibus consequi possis. *In Aduent. conc. 2. Andreæ num. 18.*

Tentationes exiguas non esse parui pendendas, sed citissime etiam si minimæ sint abigendas. *1. Quadragesim. Dominica 1. numer. 38.*

In tentationibus victoriam non reportare nostra culpa est: & quare. 3. *Quadr. dom.1.nu.18. & 3. Quadrag. Sabbato post Dominicam Passionis nu.28.*

Tentat Diabolus seruos Dei, non suos. 3. *Quadr. dom.1.nu 33.*

Ad tentandum nos Diabolus accedit, quia nos illi per voluptates, & cupiditates seculi coniungimur. 3. *Quadr. Sabbatho post Dominicam Passionis nu. 30.*

Tentari nos supra mensuram humanę fragilitatis non permittit Deus. 3. *Quadr. dom.1. nu.18.* de quo vide plurima & notatu dignissima infra verbo, tribulatio. §. rationes, & considerationes, &c. ratione 4.

Qui tentationibus à tenera ætate resistere assuescunt, facillime postea alijs etiam grauioribus oppugnant, & ab eis victoriam reportant. 4. *Quadragesim. Dominica Septuagesimæ nu 14.*

Tentationum vtilitas, & necessitas. 4. *Quadrag. dom.1.nu.36.*

Ad tentationes superandas vltra gratiam iustificantem auxilia specialia Dei esse necessaria. 4. *Quadr. dom.1.nu.19.*

Signum est Diabolum à te aliquid fuisse consequutum, quando vna, & eadem tentatione te sæpenumero tentat 4. *Quadr. dom.1. num.12.*

Passionis Christi scuto nos protegere debemus, quādo diabolus tentationis ictu percutere conatur. *In proprio Sanctorum conc. 2. exaltationis Crucis nu.27.*

In sanctis exercitijs oportet tentationes & diaboli contradictiones superare. 3. *Quadra. dom.1.nu.30.*

Potissimum remedium ad tētationes vincendas est occasiones fugere. 1. *Quadr. dom. 1. num. 11.*

Præcipua ratio ad resistendum tentationibus, est esse contra Dei voluntatem. 1. *Quadr. dom.1.nu. 26.*

Ex quacunque minima re occasionem sumit Satanas tentandi nos. 2. *Quadr. domin.1. num.29.*

Diabolus suis tentationibus facit, vt aliqui ad cœlum sanctiores ascendant. 1. *Quad. Sabbato post Cineres nu.17.*

Ad tentationes vincendas orationi vaca. *In Aduent. dom.1. post Epiphan. conc. 2. nu.13. & domin. 2 post Epiphan. conc. 2. nu 4. & in Dominicali feria 2 in litanijs maioribus conc. 2. nu.24.*

Tentationum victoria non absolutè sed conditionate petenda. *In Dominicali dom. 5. post Pascha conc. 1. nu.26.*

Amplificabitur hic locus ex verbo Diabolus, & ex verbo tribulatio.

Tentatio Christi, vide Christus.

Tentat Deus homines, vt ad maximam puritatem excelsámque sanctitatem attollat, non tamen vt eos destruat: vice versa dæmon. *In Aduent. dom. 4. post Epiphan. conc. 1. num.18.*

Testamenta ordinare ne in mortis horam differas. *In communi virginum conc. 3. nu.24.*

TIMOR DEI.

Timoris Dei vberes fructus excellentiæ & maximæ vtilitates recensentur. 1. *Quadr. dom.1 feria 2. nu.2. & 3. Quad. dom.2 fer.2. nu.34. & in communi virginum conc.4. n.8. vbi latè. & in proprio Sanctor. con. 1. Matthiæ nu.2. & in Aduent. conc. 2. Purificationis B. Mariæ nu.22. & conc. 3. nu.23.*

Timorem Dei hominum cordibus affigere sancti curarunt: & quare. 1. *Quadr. dom.1. feria 2. nu.2.*

Timor amori ipsius Dei aditum patefacit. *In Dominicali domin.17. post Pente. concio. 2. num. 39.*

Diaboli timorem Dei auferre summè expetunt. 2. *Quadr. dom.2. fer. 6. n.14. & in Dominicali dom 22 post Pent. conc.1. nu.5.*

Timor Dei fundamentum & spes, qua anima custoditur ne pereat. 2. *Quadr. dom. 2. fer.6. nu. 15. & in proprio Sanctorum conc. 3. incarnationis nu. 25.*

Iusti cum timore viuant; quia Deus cum illis hoc extremo vtitur, quod propter lethalem offensam omnium seruitiorum sibi exhibitorum obliuiscetur *In communi virginum conc. 3. nu. 9.*

Timore Dei vitia relinquere magni boni principium est. *In communi vnius mart. Euang. Si quis vult venire post me, &c. conc. 1. num.23.*

Peccatores cum quamcunq; rem timeant, Deum tamen timere nesciunt. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis nu 11.*

Timor Dei non seruilis, sed filialis, & reuerentialis fuit in Christo: & est etiam in beatis. *In communi Doctorum conc. 1. nu. 21.*

Timore & amore Dei anima cooperiri, & protegi debet. *In communi virginum conc. 4. num. 2.*

Timor Dei reuerentialis ad latriam pertinet. *In Aduent. conc. 2. Expectationis B. Mariæ num. 18.*

Timorem Dei cum eius amore connectere oportet: quod scire est donum Dei. *In communi virginum conc. 4. num. 3.*

Timor Dei à peccatis nos reuocat. *In Aduent. conc. 2. expectationis Beatæ Mariæ nu. 15. & in Dominicali dom. 22. post Pente. conc. 1. num. 5.*

Timor Dei reuerentialis non tristitia, sed lætitia animam afficit. *In Aduent. conc. 2. expectationis B. Mariæ nu. 18.*

Timorem Dei quantum habeant iusti. *In communi Sanctorum concion. 4. funerali numer. 17.*

Quæ sit causa huius in sanctis mortis. *In communi Sanctorum concion. 4. funerali numer. 18.*

Timor Dei animam sanam, & perfectam efficit. *In proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi num. 1.*

Et ad Dei cognitionem suauissimam comparandam disponit. *In proprio Sanctor. conc. 1. Matthæi num. 2.*

Et via est ad fœlicitatem consequendam. *In proprio Sanctorum conc. 1. num. 3.*

Tanti Deus æstimat hunc sanctum timorem, vt quidquid eius causa facimus, cum timore fieri velit. *In proprio Sanctorum conc. 3. Incarnationis nu. 25.*

Timor Dei est vnum ex argumentis quibus conijcitur Deum inhabitare animam. *In proprio Sanctorum conc. 3. Incarnationis numer. 26.*

Non solum debet obsequium nostrum cum timore sociari: verum etiam Deo seruire debemus in ipso timore immersi, & eo vndequaque obsessi. *In proprio Sanctorum conc. 2. Eucharistiæ num. 12.*

Timorē cadendi habere debemus, quamdiu in hoc mundo sumus: licet in perfectissimæ religionis statu & perfecta ætate simus. *In proprio Sanctorum conc. 1. dedicationis Michaelis numer. 12.*

Qui non pertimescens sit, pericula huius miserrimę vitę, rigidamq; Dei iustitiam contempletur. *In Dominicali dom. 2. post Pascha conc. 1. nu. 17.*

Timor diuinus est Dei donum, & omniū bonorum principium. *Dominica 1. Aduentus conc. 3. num 5. & in communi virginum conc. 4. num. 11.*

Deum timere est illum venerari. *In Aduent. conc. 2. Purificationis B. Mariæ nu. 22.*

Vnusquisque timere debet, cum videat alios sanctiores se in plurima peccata mortalia infœliciter incidisse. *In Aduent. conc. 3. purificationes B. Mariæ nu. 22.*

In medio maiorum gustuum diuinarumque consolationum cum magno timore sunt iusti. *In Aduent. conc. 4. purificationis Beatæ Mariæ nu. 13.*

Timor Dei per totum vitæ cursum conseruandus est. *In Dominicali dom. 7. post Pente. conc. 2. nu. 24.*

Quo quis magis Deum diligit, tanto magis ipsum pertimescit. *In Dominicali dom. 21. post Pente. conc. 1. nu 38.*

Timere Deum est ipsum venerari. *In Dominicali dom. 12. post Pente. conc. 1. nu. 39.*

§. TIMOR HVMANVS, *& vitiosus.*

Timor humanus quo quis temporalia damna trepidat, & malus est, & multorum malorum origo. *Dominica 1. Aduent. conc. 3. nu 5.*

Timore humano & pudore, reprehensione dignissimo, quidam impediuntur ab exercitio virtutum. *In proprio Sanctorum conc. 1. inuentionis Crucis nu. 2.*

Peccatores vel leuissima quaq; re turbantur, & maxime temporalia damna timent. *In proprio Sanctorum conc. 4. Incarnationis numer. 10.*

TRANS-

TRANSFIGVRATIO Christi.

IN transfiguratione Christi, gloriam illam maximam Christi manifestari, non fuit nouum miraculum, sed potius cessatio miraculi antiqui. *2. Quadr. dom. 2. nu. 1. & 4. Quadr. dom. 2. nu. 6.*

In transfiguratione Christi, etiam Helias & Moyses gloriosos apparuisse: & quare. *3. Quadr. Sabbato post Domin. 1. nu. 14.*

Ad transfigurationem nostram vnum ex medijs summè necessarium, est oratio, & contemplatio rerum diuinarum. *3. Quadrag. Sabbato post Domin. 1. nu. 29.*

Transfiguratione Christi, Dei cognitio roborata fuit *3. Quadr. Dom. 2. nu. 3.*

Cur in transfiguratione, gloriæ suæ ostensionem Christus fecerit. *4. Quadr. Dominica 2. nu. 12.*

Cur in trāsfiguratione Deus gloriæ viuam imaginem demonstrauit, nunquam tamen inferni exemplar ostendit. *3. Quadr. Domin. 2. num. 12.*

TRIBVLATIO.

TRibulationes & labores proximorum, vt propriæ sentiendæ sunt: & vt proprijs eis subueniendum est. *In proprio Sanctorum conc. 2. visitationis B. Mariæ nu. 21. & in communi dedicationis Ecclesiæ.*

Cum tribulatos nos viderimus, causam propter quam nos sic Deus communiter visitat (quæ est peccatum) tollamus. *In proprio Sanctor. conc. 2. Petri & Pauli n. 32. & in Dominicali dom. 18. post Pent conc. 1. n. 30.*

Labores quos proximis nostris accidere cernimus, nos cautos reddere debent. *4. Quadra. Dom. 2. fer. 4. nu. 9.*

Tribulationibus & infirmitatibus oppressi vitam emendare proponimus, & postea id non exequimur. *1. Quadr. dom. 3. fer. 5. nu. 26.* Et hæc quam grandis sit ingratitudo. *3. Quadrag. eadem feria nu. 19.*

Tribulatis sæpe Deus non statim subuenit, vt maiorem acquirant coronam *1. Quad. Sabbato post Cineres nu. 17. & 4. Quadr. domin. 4. fer. 6. nu 13.*

Labores elargitur Deus non tantum pro peccatis, sed vt manifestentur opera Dei in ipsis. *1. Quadr dom. 4 fer. 4. n. 14. & 2 Quadr. eadem fer. nu. 21.*

Deus vult nos ignorare, quamdiu tribulationes duraturæ sint, vt plus mereri patientia, & constantia possimus. *In Aduent. conc. 2. Innocentium nu. 13.*

In tribulationibus tantum Dei meminisse maximam arguit imperfectionem. *1. Quadr. fer. 2. Resurrectionis nu. 28 & 2. Quadr. dom. 2. fer. 4. nu. 26. & in proprio Sanctorum conc. 1. Matthæi nu. 25.*

Miseria magna est minima quaq; aduersitate à virtutum exercitatione desistere. *Dominica 2. Aduent. conc. 1. nu. 20. vbi ex professo, & in Dominicali dom. 4. post Pascha conc. 2. nu. 14. & 3 Quadr. dom. Passionis fer. 6. nu. 20. & Domin. 2. Aduent. conc 1. nu. 20. vbi latè, & ibi conc. 3. nu. 26.*

Patientia habenda est, etsi non statim Deus necessitatibus subueniat. *2. Quadr. domin. 1. fer. 6 nu. 11.*

Si in tribulationibus & afflictionib. nostris, seculares consolationes verè, & ex animo despiceremus, statim Deus ad consolandum nos accederet. *2. Quadr. dom. 4. fer. 6. nu. 34. & 4. Quadr. dom. 4. nu. 27.*

In tribulationib. omnibus, Deus primum, deinde viri sancti, prudentes, & sapientes cōsulendi sunt *In proprio Sanctorum conc. 2. inuentionis Crucis nu. 2.*

Qui vt à necessitatibus se liberent, peccata committunt, citius in easdem necessitates deueniunt. *2. Quadr. domin. Passionis feria 6. num. 13.*

Patientia in laboribus aliorum bonorum operum præmium est, è contra impatientia, aliorum peccatorum pœna. *In Aduent. con. 3. Ioan Euangelistæ nu. 2.*

In tribulationibus, & contradictionibus nouas vires accipere debemus. *3. Quadr. conc. Quinquagesim. nu. 32.*

A tribulationibus, & laboribus quando simus exituri, nobis ignotum esse vult Deus, propter maius meritum nostrum. *3. Quadra. dom. 1. fer. 6. nu 10.*

Tribulationes & labores sui status, quilibet patienter ferat. *In cōmuni vn mart. Euāg. Si quis vult venire post me, &c. conc. 2. nu 20.*

Antiqua nimis Deo consuetudo est homines

nes admonitionibus prçuenire, antequam labores immitteret, vt ad eos patiendos præparentur. *4. Quadrag. domin. 2. feria 4. numer.6.*

Quãdo tribulari viderimus publicos peccatores, non male iudicemus, dicentes illos propter peccata puniri. *3. Quadr. dom. 4 feria 4. num. 14.*

Tribulationibus famis, pestis, bellorum, & morborum affligit nos Deus propter nostra peccata. *3. Quadr. domin. 4. feria 2 nu. 28. vbi latissimè, & feria 4. sequenti nu. 7. & feria 6. sequenti nu. 12. & in Dominicali dom. 9. post Pente. conc. 2. nu. 2. vbi latè.*

Cum labores propter tua peccata sustines, si vere fueris ad Deum conuersus iudicaberis illos propter Deum pati. *In communi plurimor. mart. Euang. Descendens Iesus de monte, &c. conc. 3. nu. 20.*

Patientia in tribulationibus est Dei donum. *In Aduent. dominica infra octauam Natiuitatis conc. 2. nu. 32.*

